

# Commentarium in epistolam D Pauli Apostoli ad Timotheum primam : [Pellicanus Conrad], [1539]

## CONTENTS

<i>COMMENTARIVM IN EPISTOLAM D. PAVLI APOSTOLI AD TIMOTHEVM PRIMAM. . . . .</i>	2
<i>ARGVMENTVM PER ERAS. ROTEROD. . . . .</i>	2
<i>AD LECTOREM C.P. . . . .</i>	2
<b>CAPVT PRIMVM.</b>	<b>3</b>
<i><b>P</b>AVLVVS apostolus Iesu Christi, secundum imperium dei saluatoris nostri et Christi Iesu spei nostrae Timotheo dilecto filio in fide. Gratia et misericordia et pax a deo patre et Christo Iesu domino nostro. . . . .</i>	3
<i>Sicut rogavi te ut remaneres Ephesi, cum irem in Macedoniam, ut de nunciare quibusdam, ne aliter docerent, neque intenderent fabulis et genealogiis interminatis, quae quaestiones praestant magis quam aedificationem dei quae est in fide. . . . .</i>	6
<i>Finis autem praeccepti est charitas, de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta. . . . .</i>	7
<i>A quibusdam quidam aberrantes conuersi sunt in uaniloquium, uolentes esse legis doctores, non intelligentes neque quae loquuntur, neque de quibus affirmant. . . . .</i>	8
<i>Scimus autem quia bona est lex, si quis ea legitime utatur. . . . .</i>	9
<i>Scientes hoc, quia lex iusto non est posita. . . . .</i>	9
<i>Sed iniustus et non subditus, impius et peccatoribus sceleratis et contaminatis, patricidis, et matricidis, homicidis, et fornicariis, masculorum concu- bitoribus, plagiaris, mendacibus, periuris. . . . .</i>	9
<i>Et si quid aliud sanae doctrinae aduersatur, quae est secundum euangelium gloriae beati dei, quod creditum est mihi. . . . .</i>	11
<i>Gratias ago ei qui me confortauit in Christo Iesu domino nostro, quia fidelem me existimauit, ponens in ministerio. . . . .</i>	12
<i>Qui prius eram blasphemus, et persecutor, et contumeliosus, sed misericordiam dei consequutus, quia ignorans feci in incredulitate. . . . .</i>	13
<i>Superabundauit autem gratia domini nostri cum fide et dilectione, quae est per Christum Iesum. . . . .</i>	14
<i>Fidelis sermo et omni acceptione dignus, Quia Christus Iesus uenit in mundum, ut peccatores saluos faceret, quorum primus ego sum. . . . .</i>	15

<i>Sedideo misericordiam sum consequutus, ut in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiam, ad informationem eorum, qui credituri sunt illi in uitam aeternam.</i> . . . . .	16
<i>Regi autem saeculorum immortalis, inuisibili soli deo honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.</i> . . . . .	16
<i>Hocpraeceptum commendo tibi fili Timothee iuxta prophetias quae de te praecesserunt, ut milites in eis bonam militiam, habens fidem et bonam conscientiam.</i> . . . . .	18
<i>Quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt, ex quibus est Hy-menaeus et Alexander, quos tradidi fatanae, ut discant non blasphemare.</i> . . . . .	19
<b>CAPVT II.</b>	<b>19</b>
<i><b>O</b>Bsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarumactiones pro omnibus hominibus.</i> . . . . .	19
<i>Pro regibus, et omnibus qui in sublimitate constituti sunt, ut quietam et tranquillam uitam agamus, in omni pietate et castitate.</i> . . . . .	20
<i>Hoc enim bonum est, et acceptum coram saluatore nostro deo, qui omnes homines uult saluos fieri, et ad agnitionem ueritatis uenire.</i> . . . . .	22
<i>Vnus enim deus, unus et mediator dei et hominum, homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus.</i> . . . . .	22
<i>Cuius testimonium temporibus suis confirmatum est, in quo positus sum ego praedicator et apostolus. Veritatem dico, non mentior, doctor gentium in fide et ueritate.</i> . . . . .	25
<i>Volo ergo uiros orare in omni loco, leuantibus puras manus, sine ira et disceptatione.</i> . . . . .	25
<i>Similiter et mulieres in habitu ornato, cum uerecundia et sobrietate ornantes se, et non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, uel ueste pretiosa, sed quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona.</i> . . . . .	26
<i>mulier in silentio discat cum omni subiectione. Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in uirum, sed esse in silentio.</i> . . . . .	28
<i>Adam enim primus formatus est, deinde Eua: et Adam non est seductus, mulier autem seducta in praeuaricatione fuit.</i> . . . . .	29
<i>Saluabitur autem per filiorum generationem, si permanserit in fide et dilectione, et sanctificatione, cum sobrietate.</i> . . . . .	30
<b>CAPVT III.</b>	<b>30</b>
<i><b>F</b>idelis sermo.</i> . . . . .	30
<i>Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.</i> . . . . .	30
<i>Oportet enim episcopum irreprehensibilem esse.</i> . . . . .	31
<i>Vnius uxoris uirum, sobrium, ornatum, prudentem, pudicum, hospitem, doctorem, non uinolentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum, sed suae domui bene praepositum, filios habentem subditos cum omni castitate.</i> . . . . .	32

<i>Quod si quis domui suae bene praeesse nescit, quomodo ecclesiae dei diligentiam habebit?</i> . . . . .	39
<i>Non nouitium uel neophitum, ne in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli.</i> . . . . .	39
<i>Oportet autem et illum testimonium habere bonum ab his qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat, et in laqueum diaboli.</i> . . . . .	40
<i>Diacones similiter pudicos, non bilingues, non multo uino deditos. non turpe lucrum sectantes.</i> . . . . .	40
<i>Habentes mysterium fidei in conscientia pura.</i> . . . . .	41
<i>Et hi autem probentur primum, et sic ministrent, nullum erimen habentes.</i> . . . . .	41
<i>Mulieres similiter pudicas, non detrahentes, sobrias, fideles in omnibus.</i> . . . . .	41
<i>Diacones sint unius uxoris uiri, qui filiis suis bene praesint, et suis domibus.</i> . . . . .	42
<i>Qui enim bene ministrauerint, gradum bonum sibi acquirant, et multam fiduciam in fide, quae est in Christo Iesu.</i> . . . . .	43
<i>Haec tibi scribo fili Timothee, sperans me uenire ad te cito.</i> . . . . .	44
<i>Si autem tardauero ut scias quomodo oporteat te in domo dei conuersari.</i> . . . . .	44
<i>Quae est ecclesia dei uiui, columna et firmamentum ueritatis.</i> . . . . .	44
<i>Et manifeste magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, et iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, praedicatum est . . . . .</i>	44
<i>gentibus, creditum est mundo, assumptum est in gloria.</i> . . . . .	45
<b>CAPVT IIII.</b>	<b>46</b>
<b>S</b> <i>Piritus autem manifeste dicit, Quia in nouissimis temporibus discedent quidam a fide.</i> . . . . .	46
<i>Attendentes spiritibus erroris, et doctrinis daemoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, et cauteriatam habentium conscientiam.</i> . . . . .	47
<i>Prohibitum nubere, abstinere a cibis, quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarumactione fidelibus, et his qui cognouerunt ueritatem, quia omnis creatura dei bona est, et nihil reiiciendum, quod cum gratiarumactione percipitur, sanctificatur enim per uerbum dei et orationem.</i> . . . . .	48
<i>Haec proponens fratribus, bonus eris minister Christi Iesu, enutritus uerbis fidei et bonae doctrinae, quam assequutus es.</i> . . . . .	50
<i>lueptas autem et aniles fabulas deuita. Exerce autem teipsum ad pietatem, nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est, pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens uitae quae nunc est, et futurae.</i> . . . . .	51
<i>Fidelis sermo, et omni acceptione dignus. In hoc enim laboramus et maledicimur, quia speramus in deum uiuum, qui est saluator omnium hominum, maxime fidelium.</i> . . . . .	52
. . . . .	53
<i>Dum uenio attende lectioni, exhortationi et doctrinae,</i> . . . . .	53
<i>Noli negligere gratiam quae in te est, quae data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyterii.</i> . . . . .	54

<i>Haec meditare, in his esto, ut profectus tuus manifestus sit omnibus: attende enim tibi et doctrinae, insta in illis. Hoc enim faciens, et te ipsum saluum facies, et eos qui te audiunt. . . . .</i>	55
<b>CAPVT V.</b>	<b>55</b>
<b>S</b> <i>eniorum ne increpaueris, sed obsecraut patrem, iuuenes ut fratres, anus ut matres, iuenculas ut sorores, in omni castitate. . . . .</i>	55
<i>Viduas honora, quae uerae uiduae sunt. Si qua autem uidua filios habet aut nepotes, discat primum domum suam regere, et mutuam uicem reddere parentibus, hoc enim acceptum est coram deo. . . . .</i>	57
<i>Quae autem uere uidua est et desolata, speret in deum, et instet obsecrationibus et orationibus noctu die: nam quae in deliciis est, uiuens mortua est. . . . .</i>	57
<i>Et hoc praecipe, ut irreprehensibiles sint. . . . .</i>	58
<i>Si quis autem suorum, et maxime domesticorum, curam non habet, fidem negauit, et est infideli deterior. . . . .</i>	58
<i>Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quae fuerit unius uiri uxor, in bonis operibus testimonium habens: si filios educauit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationem patientibus ministravit, si omne opus bonum subsecuta est. . . . .</i>	58
<i>Adolescentiores autem uiduas deuota. . . . .</i>	62
<i>Cum enim luxuriatae fuerint in Christo, nubere uolunt habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. . . . .</i>	63
<i>Simul autem et otiosae discunt circuire domos: non solum otiolae, sed et uerbosae et curiosae, loquentes quae non oportet. . . . .</i>	63
<i>Volo autem iuniores nubere, filios procreare, matres familias esse, nullam occasionem dare aduersario, maledicti gratia. . . . .</i>	64
<i>Iam enim quaedam conuersae sunt retro post satanam. . . . .</i>	64
<i>Si quis fidelis habet uiduas, ministrat illis, ut non grauetur ecclesia, ut his quae uere uiduae sunt, sufficiat. . . . .</i>	65
<i>Qui bene praesunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in uerbo et doctrina. . . . .</i>	65
<i>Dicit enim scriptura, Non infrenabis os boui trituranti. . . . .</i>	66
<i>Dignus est enim operarius mercede sua. . . . .</i>	67
<i>Aduersus presbyterum accusationem noli accipere, nisi sub duobus aut tribus testibus. . . . .</i>	68
<i>Peccantes coram omnibus argue, ut caeteri timorem habeant. . . . .</i>	69
<i>Testificor coram deo et Christo lesu, et electis angelis eius, ut haec custodias sine praeiudicio, nihil faciens in alteram partem declinando. . . . .</i>	70
<i>Manus cito nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis. . . . .</i>	70
<i>Te ipsum castum custodi. . . . .</i>	71
<i>Noli adhuc aquam bibere, sed modico uino utere, propter stomachum tuum, et frequentes tuas infirmitates. . . . .</i>	71
<i>Quorundam hominum peccata manifesta sunt, praecedentia ad iudicium: quorundam autem et subsequuntur. Similiter et facta bona manifesta sunt: et quae aliter se habent, abscondi non possunt. . . . .</i>	71

<b>CAPVT VI.</b>	<b>72</b>
<b>Q</b> Vicumque sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen domini et doctrina blasphemetur. . . . .	72
Qui autem fideles habent dominos, non contemnant, quia fratres 2 sunt, sed magis seruiant, quia fideles sunt et dilecti, quia beneficii participes sunt.	73
Haec doce et exhortare. . . . .	74
Si quis aliter docet, et non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, et ei quae secundum pietatem est doctrinae, is inflatus est, nihil sciens, sed insaniens circa quaestiones et uerborum pugnas. . . . .	74
Ex quibus oriuntur inuidiae, contentiones et blasphemiae, suspitione 5 malae, conflictationes hominum mente corruptorum. . . . .	75
Et qui ueritate priuati sunt, existimantium quaestum esse pietatem. . . . .	76
Est autem quaestus magnus pietas cum sufficientia. . . . .	78
Nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubium quia nec auferre quid possumus. . . . .	78
Habentes autem alimenta, et quibus tegamur, his contenti simus. . . . .	78
Nam qui uolunt diuites fieri in hoc saeculo, incidunt in tentationem, et in laqueum diaboli, et desideria multa inutilia et nociua, quae mergunt homines in interitum et perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes, errauerunt a fide, et inseruerunt se doloribus multis. . . . .	79
Tu autem, o homo dei, haec fuge, sectare uero iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. . . . .	80
Certa bonum certamen fidei, apprehende uitam aeternam, in qua uocatus es, et confessus bonam confessionem coram multis testibus. . . . .	81
Praecipio tibi coram deo, qui uiuificat omnia, et Christo Iesu, qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato, bonam confessionem, ut serues praeceptum sine macula, irreprehensibile, usque in aduentum domini nostri Iesu Christi. . . . .	82
Quem suis temporibus ostendet beatus et solus princeps, rex regnantium, et dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem. . . . .	83
Qui lucem habitat inaccessibilem. . . . .	84
Quem nullus hominum uidit, sed nec uidere potest. . . . .	84
Cui est honor et imperium sempiternum. Amen. . . . .	85
Sed in deo uiuo, qui praestat nobis omnia abunde ad fruendum. . . . .	86
. . . . .	86
Bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facile communicare. . . . .	86
Thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant uitam aeternam. . . . .	87
O Timothee, depositum custodi. . . . .	88
Deuitans prophanas uocum nouitates. . . . .	88
Et oppositiones falsi nominis scientiae. . . . .	89
Quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt. . . . .	89
Gratia tecum. Amen. . . . .	90
FINIS. . . . .	90

AD THESSAL. CAP. III.

[ p.463 ]

Salutatio mea manu Pauli, quod est signum in omni epistola. Ita scribo. Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus uobis. Amen.

Hoc symbolum obseruabitis in omnibus meis epistolis, siue ad uos, siue ad alios scriptis. Sic enim scribo, ne per subditicias epistolas quisquam uobis imponat. Haec autem ultima salutatio manu Apostoli conscripta est, qua gratiam domini nostri Iesu Christi optatesse cum eis. Amen.

COMMENTARIUM IN EPISTOLAM D. PAULI APOSTOLI AD TIMOTHEVM PRIMAM.

FINIS.

ARGUMENTVM PER ERAS. ROTEROD.

**T**IMOTHEVM matre Iudaea, sed Christiana, patre Graeco, Paulus in ministerium adoptarat, probae indolis iuuenem, et sacris literis eruditum, quem tamen ob Iudaeos coactus est circumcidere. Quoniam autem huic ecclesiarum curam delegarat sicut et Tito, quas ipse non poterat adire, instituit eum in functione episcopali, et in disciplina ecclesiae: non sic ad monens ut discipulum, sed ut filium et collegam. Id quo cum maiore faciat auctori tate, subinde apostolicam auctoritatem sibi uendicat. Admonet autem, ut reiectis qui Iudaicas fabulas inueherent, ea doceret quae essent fidei et charitatis. Deinde principum, licet ethnicorum, auctoritatem, quomam hinc pendebat ordo ciuitatis, et tranquillitas reip. adeo non spernendam Christianis, ut pro his orari iubeat. Quid uiros deceat in coetu ecclesiastico, quid mulieres, praescribit. Episcopum de pingit cum sua familia. Atque haec ferme tribus primis capitibus. Deinde admonet ne recipiat Iudaicas fabulas, de ciborum delectu, de uitando coniugio. Mox docet qualem se praestare debeat erga grandes natu uiros, erga iuuenes, erga anus, erga puellas, erga uiduas diuites ac pauperes, et ecclesiae stipe alendas, erga adolescentiores et suspectae etiamnum aetatis. Ad haec praescribit quid praecipere debeat dominis, quid seruis, quid diuitibus. Admonens modis omnibus reiciendas contentiosas quaestiones sophistarum, inani doctrinae specie sese uenditantium. Scribite Laodicea per Tychicum diaconum.

AD LECTOREM C.P.

COMMENTARIA in hanc epistolam primam, lucubrationum mearum primitiae sunt, quas tentauit uerius olim quam scripsi, Anno D. M. X XII. Basileae, postea autem impressae ibidem sunt me ignorante. Nunc uero reuisae et correctae, suum quoque in ordinem repositae sunt. In quibus tempore tum seruiens, phra si quoque alia me usum Lector non miraberis. Sed saluo per omnia iudicio tuo, bo ni consulas, quae conformia scripturae, uel paululum infirmiora, offenderis.

COMMENT. IN I. EPIST.

[ p.464 ]

## CAPVT PRIMVM.

**P**AVLVVS apostolus Iesu Christi, secundum imperium dei saluatoris nostri et Christi Iesu spei nostrae Timotheo dilecto filio in fide. Gratia et misericordia et pax a deo patre et Christo Iesu domino nostro.

Super mutatione nominis Pauli ex Saule, plures multa ac uaria tradiderunt. Simplicior ratio ea uidetur, quae et sacris probatur testimoniis. Quia intra tribum Beniamin, unde et natum se Paulus fatetur, plausibile nomen erat Sauli, siquidem regale et celeberrimum, ob regem primum electum a domino ex filiis Israel, quo non fuit secundum saeculum dexterior, sed et sanctior, praeter inuidiam, qua sancto Dauidi usque ad mortem aduersatus est, et inobedientiam inde profectam, contra ordinationem diuinam, de regno Dauidis, cui totis uiribus reluctabatur. Cum itaque penes Iudaeos de Iudaismo conuersos ad Christum, inuidiam annexam haberet hoc Saulis nomen, ob similia studia eiusdem uiri contra Christum et suos discipulos: sic ut Christus quoque eundem insimulare uoluerit Saulini, ut ita dicatur, ingenii, dicens, Saule Saule, ad quid me, nempe Messiam Dauidis filium persequeris? Vnde et Lucas Saulum tunc tantum nominat, cum persecutiones Christo Dauidi ille a Paulo commemorat. Ideo ne Christi persecutoris nomine, sicut re et opere, notorius habitus fuerat, perpetuo uocaretur, Sicut Dauidem regem sacrum et electum perpetuo persecutus est priscus Saulus, Saulus suum nomen mutauit, et humilior delegit gentile Romanumque Pauli nomen. Si Latine interpreteris, uel operatorium et sedulum in sancto opere: si Hebraice, mirabilis. Qui certe non nisi de suis consueuit laboribus gloriari. Nostri pontifices et electi apostolici illi, huic nomen plaerumque ponunt, et arroganti sibi imperialia nomina, ut ex Ioanne Leo, ex Theodorico Alexander, ex Iuliano Iulius, uastor ex uastatore. Non spernenda tamen interim cura sit nominum et cognominum, ne uel ridicula uel obscoena infantibus obrudantur, unde uiri aliquando erubescant, et posteris, maxi me doctores: honesta et ad pietatem ac uirtutes communitoria nomina habere, non fuerit inutile. Quod et ethnicis olim curae fuisse comperimus, et sanctis patriarchis: imo priscis nostris Germanis, Graecis quoque et Latinis in prisca religione. Apostolus.) A Christo iam nomen acceperat uas electionis: erat re uera doctor gentium in fide et ueritate, erat ecclesiarum pastor, et plantator, sed se missum et officio delegatum fatetur, ne quid altius uideri uelitu el nominari: ne honorem quaerere, sed legationis officium agere se testetur, plenum laboribus, curis, periculis. Non otiosum, gloriosum, saeculare, quale nunc sectantur multi, qui apostolici uocari diligunt, re uera regibus mundaniores, et a Christo alienissima conuersatione, apostatici potius iudicandi quam apostolici. Iesu Christi.) Cuius nunc gloriosum ac saluificum nomen subinde Paulus celebrat in omnibus suis epistolis, cuius nuper inuocatores, Saulus iam ante, ad mortem crudeliter fuerat persecutus. Nunc portat ac profert coram gentibus, regibus, et filiis Israel salutare nomen ipsum, in quo solo seruamur fideles, nomen nouum, quod os domini nominauit. Saluator est enim Iesus, omnium sibi credentium. Qui ut priscus ille Iosue, filius Nun, inducit ad promissionis terram, quod non poterat Moses. Qui et de Babylonica liberat captiuitate, ut Iesus filius Iosedech, summus pontifex semper orando pro populo dei. Qui et unctus est, rex regum, et dominus dominantium. Sacerdos quoque magnus semper assistens pro nobis, qui plenus gratia et ueritate, filios habet omnes unctos, a quo nomen nostrum consequimur, ut Christiani no

## AD TIMOTH. CAP. I.

[ p.465 ]

70 innemur et iimus. Iuxta imperium dei saluatoris nostri, et Iesu Christi spei nostrae.)  
 Contra stimulum recalcitrantem me, iubet incedere, et misit legatum, ac orationem  
 subditum, nihil tale cogitantem omnipotens deus, iam mundum in tempore constituto  
 saluare uolens, iam conciliatus per Christi completum mysterium, qui nunc se exhibet  
 piissimum seruatorem, olim uero seuerus, sed iustus iudex, et impietatum uindex durus,  
 75 etiam suo peculiari populo. Is, inquam, me misit, cuius imperio subtrahere me non  
 possum, eidem seruo, tibi Timotheo et parte Christianis omnibus scribens, non meo  
 nomine, sed eius praecepto et uerbis, qui in me loquitur et scribit, ne humanum putetur  
 ac mendax, aut fabula inanis, sed uerbum dei uiuum. Per excellentiam is noster dominus  
 agnoscendus est a nobis, qui nos de seruitute liberauit, et iugo satanae, errorum atque  
 80 peccatorum. Eidem domino serui dati sumus a deo patre, et per eundem filii dei facti per  
 adoptionem, cohaeredes secum per suum sanguinem ac mortem. Non enim omnipotentis  
 dei patris ac creatoris, sed et Christi dominium agnoscimus, qui cum in principio uerbum  
 deus existens, perque ipsum facta sunt omnia, uerbum consubstantiale. Ne uel Iudaeis uel  
 paganis scrupulum ingeramus, si uel deum coeli, uel Christum filium, non confiteamur  
 85 unum esse omnipotentem deum. Qui est spes nostra.) Unica Christus est fiduciae nostrae  
 anchora, fidelis in promissis, qui pro nobis satisfecit, ei cui omnia obligamur. Qui gratis  
 nos saluos facit credentes, sine quo me res desperatio, sicut et error, mors et infernus  
 omnes manet. Ipse enim solus et nemo alius est uia, ueritas et uita nostra, sicut et  
 spes nostra. Maledictus omnis qui sperat in alium a Christo: ipse est spes nostra. Si  
 90 quis spem suam iactat in Christi dignissimam matrem et dei genitricem Mariam, is  
 uiderit quid intelligat, credat, uel confiteatur, ne Christi solius gloriam alteri tradens,  
 matrem offendant, et rideat, titulum impingens, quem minime agnoscit, sed odit ex animo,  
 quanto sanctior. Ne creatori hominem praeponat, ne matrem ex gratia Christi, Christo  
 praeferat, qui natura est filius dei. Genuit quidem nobis Christum spem nostram, in  
 95 quem et ipsa sperans et credens, saluari debuit. Cuius benignitati nihil addi potest, qui  
 fons est bonitatis et misericordiae, plenus gratia, a qua et mater quoque saluata est, et  
 omnes electi saluantur. Vel, quod bene intelligunt, bene quoque eloquantur et uelint,  
 aut certe taceant a blasphemia in Christum, quam unicam mater beatissima maxime  
 odit et auersatur semper. Christus autem solus clamat, Venite ad me qui laboratis et  
 100 onerati estis, ego reficiam uos. Non hoc matri detulit, sicut nec minora. Quid, inquit,  
 mihi et tibi est mulier? Ex quo tamen eidem sacratissimae creaturae nihil honoris  
 derogatur uel felicitatis, cuius impensissimum semper uotum est, gloria filii sui, quae  
 est eadem cum patris et spiritus sancti gloria. Timotheo dilecto filio in fide.) Cum  
 Graecus fuerit ex patre, licet Iudaea matre et Christiana, nomen habuit τιμόθεος, quod  
 105 honorans deum, sua lingua interpretatur: ut uidere liceat honorifici uiri honorificum  
 nomen. Habebat testimonium bonum a fratribus et familiaribus. Erat eruditus in lege, et  
 disciplinis saecularibus, adhuc iuuenis, Paulo gratus et sodalis, ideo circumcidi illum  
 permisit, propter Iudaeos superstitiosos, ut illis gratificaretur et scandalum in tempore  
 amputaret. Factus est episcopus in Asia Ephesi. Tales autem decet esse episcopos,  
 110 bono testimonio, continentibus, doctos, fideles, fama et uita spectabiles, ne nomen domini  
 blasphemetur. Dilecto dicit. Erat quippe uirtuosus et integer, amore tanti apostoli dignus.  
 Minus autem exprimit dilectio quam amor. Tam amor enim quam charitas dilectionem  
 superant. Filio.) Qui paternas dotes omnium charismatum ac uirtutum, ut germanus

Pauli filius probe referebat. Ideo eleganter Erasmus retulit, Germa

## COMMENT. IN I. EPIST.

[ p.466 ]

115 no filio, cuius nimirum Paulum non solum non puderet, sed insignem sectatorem, sodalem  
et coapostolum habuit. Vtgaudent patres probi de filiis sensatis, sic doctores de studiosis  
discipulis sibi gratulantur. In fide.) Ne carne genitum aestimares, nobiliorem indicat  
filiationem, sicut fides naturae praefertur, quo ad deum. Vt autem pater generando  
120 similem naturam communicat, sic Paulus huic filio fidem in Christum ueluti per manum  
contradidit, eamque nequaquam sterilem et inanem, sed foecundissimam, qua plurimos  
Christo populos genuit, et nutriuit uerbo uitae, doctrina euangelica. Fidem autem  
prae caeteris dotibus commendat ubique in discipulo Apostolus, non circuncisionem,  
non scientiam legis, nec parentes ac stirpem generis, uel fortunas. Fides enim facit  
Christianum, et Christianorum antistitem, deque filium adoptiuum et gratum. Gratia,  
125 misericordia et pax.) Optat episcopo Ephesiorum non diuitias, non sanitatem, non honores,  
quae hodie magni habentur, et sectantur apostolici, sed dei optimi fauorem et gratiam,  
qua nobis beneficus est deus, intra nos bona operatur, amat ut filios dilectissimos, indignis  
et immeritis munera spiritualia largitur, et non destituit necessariis temporalibus. Gratia  
haec non est habitus aliquis qualitatis, in animam influxus, stertens et otiosus, donec  
130 aetatis progressu suscitetur a libero arbitrio ad bonum operandum, et ad meritorios  
actus, ut loquuntur scholastici, sed fauor dei est, et instinctus diuinus, desuper allatus  
a patre luminum, ad opera dei in nobis, quem ut summum bonum in hac uita nobis  
optare debemus. Quem et Paulus imprecatur et optat amico in primis. Si em pro nobis  
deus fuerit, fauoreque prosequatur, quis contra nos? Misericordia.) Clementissimus  
135 deus et pius dominus, qui nostris quidem offenditur malis, tolerat tamen propitiaturque,  
blasphemantibus etiam, ut Paulo, benefacit, ignorantibus parcit, errantes reducit, hanc  
nobis innotescere cupit semper, et hanc sperare nos docet. Pax.) quae est conscientiae  
confidentis tranquillitas. Gratiam et misericordiam dei, animum exhilarantem, similiter  
et externam pacem pro dei misericordia optat, ut libere a fidelibus deo uacari possit.  
140 Haec primum impensissime optabatur a Christi discipulis, inter lupos periclitantibus  
continuo de uita, quae pax est praedicationi ueritatis opportuna. Quae et in fine synaxeos  
sancto semper osculo imprecabatur. A deo patre nostro, et domino Iesu Christo domino  
nostro.) A patre luminum desuper ueniunt nobis optima quaeque, gratia scilicet, pax et  
misericordia, a quo omne bonum, quae precum instantia consequi Christus nos docuit,  
145 et communi fratrum studiosaque pre catione obtinere. Proinde in nouo iam testamento,  
deus Pater noster uult nominari, in ueteri autem Dominus exercituum, zelotes scribitur.  
Fratres enim sumus Iesu Christi filii sui. Est autem pater uniuersae creaturae: specialiter  
autem fidelium, recipientium filium suum ac audientium. Quis igitur filiorum cunctatur  
adire talem patrem misericordiarum, et totius consolationis, nisi degener et nothus,  
150 impie et maligne sentiens de indulgentissimo patre pietissimoque ad suos filios? Et  
domino Iesu Christo.) Christus quoque secundum humanitatem, in cruce oblatam per  
obedientiam, dominus factus est non solum fidelium, sed uniuersae creaturae. Cuius  
honorem agnoscunt coelestia, terrestria et inferna. Data est ei omnis potestas in coelo et in  
terra. Omnes angeli et dominationes seruiunt Christo domino dominantium. Subiugatos  
155 habet reges et principarus, regna et imperia, uelint nolint tribunali suo iudicandi ab illo,

comparebunt. Dominus est uniuersorum, in cuius ueste scriptum, Rex regum, et dominus dominantium. Domino nostro.) Secundo adiicitur, quod fidelium et redemptorum proprie dominus sit, qui sive recognoscunt et deuotione illius dominium, mandatis acquiescunt, doctrinam

## AD TIMOTH. CAP. I.

[ p.467 ]

160 capiunt, promissis credunt, uirtutum uestigiis imitantur. Dominum eum non agnoscunt, qui euangelium suum contemnunt, uerbo non credunt, prohibent autem, uel non pro uiribus promouent.

*Sicut rogauit te ut remaneres Ephesi, cum irem in Macedoniam, ut de nunciare quibusdam, ne aliter docerent, neque intenderent fabulis et genealogiis interminatis, quae quaestiones praestant magis quam aedificationem dei quae est in fide.*

Vide modestiam tanti apostoli ad discipulum, non mandat, non urget, non compellit, sed sincere, mansuete, paterne, Christiano pectore, ut legitimus Christi discipulus, apostolicomore rogat, quae a Christo didicerunt. Amore duci uolunt Christiani, et spiritu filiorum affici, non minis, non fulminibus, non anathae matis compelli a dea quae non conueniunt. Vt remaneres, inquit, Ephesi.) Aegre diuelli poterat fidelis et docilis discipulus, a uerbis uitae aeternae, quae ex ore Pauli iugiter spiritus domini loquebatur. Vt Petrus quoque testatur, et populus Christum sequens, imo et Herodiani impii milites. 170 Quem et uix quandoque nauigio poterat declinare Christus, et locis desertis. Sic nimirum Paulum aemulabatur pius Timotheus, cupiens per labores, pericula et itinera, magistrum sequi, in patriam alienam, Macedoniam, sed rogatur a Paulo, ut Ephesi maneat. Ephesus autem Asiae minoris urbs est, quae tunc cultrix superstitionis erat simulachri Dianae, ab Ioue delapsa de coelo, quo currebatur non solum ex Asia uniuersa, sed et ab omni orbe. 175 Vt nunc stulti Christiani Loretum uisitant et Aquisgranum, caeteraque superstitionis consecrata. Quaestum ciuitati multum importabat, ubi et Paulus biennio praedicans, plurimum profecit in Christianis urbis illius, multa quoque passus a gentilibus. Lege caput 19. Actuum. Cui doctorem urbi Paulus Timotheum praefecit, quem antea ad Macedoniam miserat, et cum quo Ephesum redierat. Interim tamen 180 obtestatur, ne sensu proprio nitatur discipulus, rogat ut faciat ac loquatur iuxta doctrinam et institutum Pauli, ne nouis doctrinis abducatur: nec sinat sub ingredi pseudapostolos. Vt denunciare quibusdam, ne diuersam sequantur doctrinam.) Hoc uolui, inquit, faceres Ephesi, denunciare scilicet quibusdam Iudaizantibus, et aliam ab euangelica doctrina subintroducuntibus. Officium prae latum ecclesiastici primum sit et doctoris, ostendere et 185 docere euangelio solo necessario credendum, et sacris literis, eidem soli insistendum, eo quod insertum sit uel in tero testamento, ueluti figuratum in figura, et ueritas per umbram declarata. Quorum testamentorum, quae unum uere dicuntur euangelium, claritate tantum differentium fides abunde sufficit ad omnium fidelium salutem, et ad deo complacendum fide et opere. Quicquid uero prophetae et apostolicae doctrinae aduersatur, anathema sine dubio iudicetur. Aduersatur autem philosophia gentium in quibusdam, 190 ideo cum delectu diligenti suscipienda, non nisi profectioribus in fide, ne cui noceat mel felle uenenoue gustatum. Cui tamen philosophiae, quia haec ctenus toti instetimus, ideo hodie euangelium praedicantibus nouitatem improperamus, cum nihil antiquius sit uere

195 Christiano. Aduersantur quoque traditiones humanae, quibus conscientiae illaqueentur, cultus dei, praeter uerbum dei, instituitur, quarum obseruantia mereantur homines uitam aeternam, transgressores post hanc uitam purgatorium, expiandum poenis uel donariis. Haec Apostolus denunciauerat minime praedicanda in Epheso apostolica ecclesia, a Ioanne apostolo et Paulo instituta. Subintrauerant autem Iudaei, curiosorum dogmatum obscuri et superstitiosi doctores, quorum auditores fuisse uidentur Apelles, Ebion,

## COMMENT. IN I. EPIST.

[ p.468 ]

200 Valentinus, et similes, qui de Eonum suarum propagationibus, quasi nostra aeta te theologi de Scotistarum subtilissimis formalitatibus plurima garriebant, et solum ingeniorum suorum, et reuelationum gloriam et admirationem uenabantur ob quaestum. De quibus Tertullianus et Irenaeus, in primo contra Haereticos. Hii quoque docebant genealogias infinitas, et nunquam finiendas, miras quoque fabulas de deo et angelis, 205 etiam apostolorum temporibus, ueluti reliquias haeresum Iudaicarum. Continuo quoque unus addebat super alterum, multa quoque diligentia per registra sua describebant maiorum nomina, uolebatque quilibet de nobilio familia natus prae aliis uideri. Fabulas denique Paulus appellat, quicquid extra dei uerbum et sacras docetur literas. Vt est totum Iudaicum illud Talmud, et ob scurissima dubia, inuolutaque cabala. De quibus 210 omnibus subinde sequitur. Quae quaestiones praestant magis quam aedificationem dei, quae est in fide.) Cauendum sum, moper Paulus docet ab eis dogmatibus, quae ansam praebent quaestionum: non autem dicit quarum et qualium quaestionum. Certe uanas, curiosas, gentilitias, philosophicas, metaphisicas quaestiones, omnium nostrorum temporum scholasticorum et summariorum digne tractando damnasset et prohibuisset 215 Paulus. Quibus, ut experientia infelici didicimus, nihil discitur, nisi de omnibus dubitare, contradictoria propugnare, fallendo uincere, uincendo uideri, cathedras quoque et loca inter illos digniora sortiri. Quis hodie numeret quaestionum libros, et quaestionarium illorum nomina, qui scripserunt in magistrum illorum Lombardum Petrum? etiamsi quis Tritemii scriptores ecclesiasticos, non omnes enumeratos, recenseat. Interim tamen uix 220 unus e centum habeatur, qui sacram tractauerit scripturam totam. Quin et qui tractauerunt sacra, ut D. Carensis, et alii quidam, eo modo tractarunt, ut praestet non tractasse. Quasi uel Petrus uel Paulus Christi nomine iusserint huiusmodi quaestiones moueri tractarique, sic studuerunt iam a trecentis annis quaestionibus. Ideo euauerunt cogitationibus, et spiritui ecclesiastico utilia neglexerunt, imo contemptui habuerunt, ut protrita, et 225 minime erudita. Quaestiones enim praestant, non soluunt. Semper enim uani isti habent quod quaerant, et stulti quaerere malunt, quam doceri. Cum Christus pietatem docuerit, simplicitatem, integritatem et fidem. Aedificatio autem dei scripturis fit sacris, in quibus fides, spes et charitas ueraque docetur pietas, quam isti philosophastri et quaestionarii ignorant, nunquamque assequuntur. Quae est per fidem.) Catholica documenta non 230 habentur nisi per fidem: nec aedificatur ecclesia, nisi sacris literis et fide, quae sola deus credi mandauit atque doceri. Estque ueri Christiani hominis profectus tantum per fidem. Vt quoque fide in deum et uerbum suum magis proficiat, eo sit sanctior, et pie eruditior. Opera denique fide iustificat, et domino placent, sine fide nulla aedificatio, sed subuersio est.

*Finis autem praecepti est charitas, de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta.*

235 Praeceptum dei quae uoluntas, charitate perficitur, ex fide in Christum saluatorem nostrum,  
et reconciliatorem, qui a deo patre missus est nobis saluator. Fides autem per charitatem  
fructificat, cum opera charitatis sint fidei sequelae et fructus, ut sine eis fides non sit nec  
appareat. Charitas autem duplex, Dei, qua beneficia dei agnoscimus ex illius bonitate et  
240 gratia, qui fidem exigit et praestat, fideque placatur et colitur, ea qua toti a sua uoluntate  
pendemus, et nosmetipsos eius bonitati committimus, iugiter suspensi ad beneplacitum  
illius, in omnibus operibus nostris perficiendum: hoc non fitsine fide uerborum dei, et  
facrarum literarum

AD TIMOTH. CAP. I.

[ p.469 ]

praebulo. Denique charitas proximi necessaria fidei est, et ex fide operatur. Si non  
operatur, non est charitas, nec fidem ostendit. Noli iactare fidem et Christianismum, sine  
245 operibus charitatis. Non satis facies deo uerbo tantum et confessio ne fidei: uiuax est,  
actione augetur et proditur, sine exercitio languescit, imo expirat et moritur, uel mortua  
manifestatur. Nec ficta charitatis opera iuuant, sed e puro corde profecta, fide uera  
purificato, ut quae bona fiunt pro dei tantummodo gloria fiant, sine respectu mercedis  
uel praemii. Ne summo bono iuxta Augustinum, uti uideamur, et hypocritas agere,  
250 duploque domino displicere, dum mali tiam nostra illius bonitatem et omniscientiam  
fallere desideramus et tentamus. Conscientia bona, ait, et fide non ficta.) Explicandi  
gratia haec adduntur, cum idem sit puro corde, bona conscientia, et germana fide agere  
domini uoluntatem, et benefacere proximo.

*A quibus quidam aberrantes conuersi sunt in uaniloquium, uolentes esse legis doctores,  
non intelligentes neque quae loquuntur, neque de quibus affirmant.*

Errare necesse est omnes, qui fabulis et quaestionibus insistentes, dei uerbum hominibus  
255 saluandis propositum negligunt, uiam uidelicet ueritatis, scripturam et Christum, quem  
omnis docet scriptura noua et uetus, cuius scopus est unicus, et finis totius legis, ipsa  
fraterna charitas. Otiosi enim a cura proximorum, et Christi mysterium ignorantes, et  
minime iuxta Christum uiuere cupientes, quid aliud agerent, quae sensu humano curiosa,  
uana, superflua, nihil ad pietatem facientia, cogitantes, inuoluerent sese animi gratia  
260 talibus quaestionibus, tantummodo seipsos quaerentes. Doctores legis se uocant.) Soli  
autem sunt qui uerba dei reuerentur, quod credentes humiliat, et sensu deprimit, nec  
sinit intumescere. Solum enim Christum et spiritum Christi doctorem agnoscunt uere  
pii: qui enim uere sapiunt, humiliantur, et ignorantiam plurimum fatentur: quanto magis  
proficiunt, tanto plura se ignorare deprehendunt, inscitiam suam agnoscunt ingenue. Nec  
265 doctio res uideri uolunt quam sint, curtam supplectilem suam intuentur, non ambiunt  
titulos, non iactant magnalia, sed laudati erubescunt. Non intelligentes etc.) Lique  
legentibus Valentinianorum et Apellis, aliorumque illius temporis uanorum scripta  
doctorum, quam plura scire se uideri ambierint, uerbisque inusitatis sua commenta  
inuoluerint, praeter scripturam plurima somniantes. Sic autem loquebantur, ut nec  
270 ipsi intelligerent, nec hii quibus promercede et quaestu uerba faciebant. Quanta  
autem sit in Scholasticis nostris quaestionum obscuritas, uel inde liquet, quod perpetuo

consequenterque et semper discipuli incertiores a magistris discedunt, quaestionibus sese fatigant, argumentis inuoluunt, quibus se nequeunt explicare. Nimirum regula ueritatis amissa, canonica scriptura, consequi aliud non potuit, que ut a Christiana synceritate  
 275 defecerimus, gentilium et ludaeorum sapientia et superstitione degenerauerimus, lumen uero animarum perdiderimus, interim intellectum diuinae legis, fidem quoque certam, et amorem dei ac proximi amiserimus.

*Scimus autem quia bona est lex, si quis ea legitime utatur.*

Dubitare nemo potest, legem et quicquid a deo est, bonam esse. Cumque lex doctrinam sonet, uitae honestae institutionem, a malo quocunque dehortationem, ad finem utique  
 280 bonum ordinatur, ad charitatem scilicet dei et proximi, ut necessario bona uideatur et sit. Verum nihil tam bonum, quo non possumus abuti ad malum: quinimo nulla legis quoque obseruatio ad literam bona est, nisi seruiat chari.

COMMENT. IN I. EPIST.

tatt: finis enim praecepti charitas est. Quam si quis negligat, nihil profuerit mora dicus obseruata litera legis: abusus est potius, si militet aduersus charitatem, quae uera sit  
 285 charitas, quam solam scopum habere debet quicquid constituitur inter homines. Quin et deus quoque suam uult legem charitati seruire, ut patet de sabbatho in Euangeliis, et de Dauide, panes lege prohibitos, cum suis in necessitate fugiens, comedente.

[ p.470 ]

*Scientes hoc, quia lex iusto non est posita.*

Non abutitur lege, qui nouit finem legis esse charitatem, quam qui cum fide habet, sine qua haberi non potest, iustus est. Iustitia enim ex fide est, quae per charitatem operatur.  
 290 Eidem lex non imponitur ut onus et iugum, sed ut regula actionum, directio sancta et utilis, et diuinae uoluntatis insinuatio, quam pius non obseruat legem, et quasi ex necessitate, sed in spiritus libertate, ex amore recti, et gaudio gratificandi deo summo bono, cui haec certo placere non ambigit, lege dei admonitus. Non minus facturus, etiam sine constrictione legis coactus. Non enim in sic iusto spiritum libertatis impedit lex  
 295 imposita, sed dirigit et certum facit, deo placere quod agitur, a quo legem accepit, ut studiosus et alacrius operetur, domino obtemperaturus pro uirili.

*Sed iniustis et non subditis, impiis et peccatoribus sceleratis et contaminatis, patricidis, et matricidis, homicidis, et fornicariis, masculorum concubitoribus, plagiaris, mendacibus, periuris.*

Iniustus, inquit. Qui enim sine fide uiuentes iniusti sunt, dominum non timent, iudicium non uerentur, uitam futuri saeculi non attendunt, uel non credunt, legem dei non aduertunt. Hos necesse est a malis studiis suis, non tantum dei legibus manutenendis, sed et  
 300 ab hominibus statuendis, legitimis cancellis retineri, coërceri et puniri: non tam in ipsorum bonum, quam eorum quibus cum conuersantur. Non subditis, inquit, uel inobsequentibus.) Vt qui sine lege quacunquē sua potius sponte sanctis monitis a malis retrahi non uolunt, legis timore, et poenarum interminatione in suum bonum a uetitis

arceantur et malis. Impiis.) addit. Qui deum non credunt uel contemnunt, aut non  
 305 curare nostra suspicantur, ideoque si ne fide quicquid libet agere non uerentur, horum  
 malignitati lege obsistendum est, ut si non dei iram, saltem hominum poenas, legibus  
 ferendas timeant, et iuxta eas uiuere compellantur. Pii autem homines non expectant  
 legum mandata, sed suapte synceritate et probitate sancte conuersantur et agunt, dulcique  
 310 charitatis tractu uinciuntur, potiusque praecurruntquam ducantur: tantum abest, ut cogi  
 uelint uel debeant. Peccatoribus.) Cum simus peccatores omnes, quantumlibet religiosi et  
 pii, ut nec deo amatissimus discipulus Ioannes et apostolus, se peccatorem audeat diffiteri,  
 nec quisquam sanctorum, sequitur, omnibus quidem esse legem positam hominibus,  
 quia peccatores. Nihilominus tamen iusti sunt et pro tanto exleges, quia in fide et  
 315 charitate uiuentes, sine lege, hoc est legis coactione, bona libere, sponte et alacriter  
 agunt. Qui uero ad legis necessitatem coacti uiuunt, et, ut fit, legem ipsam ostendentem  
 peccatum odiunt, hi uere peccatores et iniusti dicuntur, poenitentia et conuersione  
 indigent, donec tales fuerint, non saluantur. Sceleratis.) Erasmus Irreuerentibus. Qui  
 non sua sponte maioribus reuerentiam obediendo exhibent: hi, ne rerum ordo turbetur,  
 legibus disciplinandi sunt, ut cui honorem, honorem: obedientiam, obedientiam, et c.  
 320 Honorem enim maioribus per contemptum negantes, pacem rumpunt et concordiam,  
 lege ergo coercendi sunt, et per magistratum humiliandi. Contaminatis,) Impuris uel pro

## AD TIMOTH. CAP. I.

[ p.471 ]

phanis. Soli ergo puri, mundi et sacri, quorum mentem dei spiritus inhabitat, sine legis  
 necessitate, non tamen sine lege uiuunt, omnia enim dei mandata studiose conseruare  
 satagunt: et si id minus succedat, indolescere non tardant, nec emen dare. Habent enim  
 325 dei legem, et beneplacitum in uotis semper, cui sponte obediunt. Contaminati autem  
 dicuntur, qui omnium spurcitiarum genere se foedos ostentant. Patricidis, matricidis,  
 homicidis.) Hii legibus opus habent, et ut formidine poenae malum oderint, qui carent  
 amore uirtutis, qui naturam malitia su perant, contumeliam quoque ingerunt creatori, et  
 bestias superant crudelitate. Ideo tam graues contra hos leges etiam homines statuerunt,  
 330 quibus tam incon, dita malignitas et atrocitas compescatur: interim tamen uidemus  
 tam efferas quas dam gentes, apud quas crudelissima poenarum genera uix proficiunt,  
 quo minus grassentur homines in seipsos. Scortatoribus.) Hic uidemus fornicationem  
 et scortationem inter crimina a Paulo computari, secundum etiam dei leges, ne quis  
 licitam mentiatur, hominum generationi et educationi publicoque conuictui ma xime  
 335 contrariam. Masculorum concubitores.) Crimen infandum secundum spe cies suas  
 non paucas, deo, naturae et hominibus abominabile, ac coelesti ultione dignum, acerbis  
 quoque et duris legibus uindicandum. Infidelium hominum peculiare crimen, et dei  
 contemptorum, qui deum non credentes, uel omnino postponentes, delicias tantum suum  
 deum statuunt, et humanam denique sapientiam di uinae praeferentium. Vtraque uitia,  
 340 legibus matrimonii dominus reprimere statuit, quibus contra, coelibatus ex idololatrarum  
 consuetudine maxime suffragatur. Plagiariis.) Qui homines pro mancipiis furto subdu-  
 cunt, rapiunt, uendunt, abu tuntur ad crudelitatis obsequia, omnis humanitatis interim  
 obliti, ut pyratae, et tyranni infidelissimarum gentium. Tales autem plagiarii uel fures  
 manciparii di cuntur. Quemadmodum qui sacra furant, sacrilegi: qui de publico aut  
 345 principis fisco, depeculatores: qui iumenta aliena abducunt, abigei: ita qui liberos aut

seruos alienos, plagiarii dicuntur apud Iureconsultos. Mendacibus.) Legibus cer te  
 coercendi sunt omnes, qui uerbis circumueniunt, decipiendo, nocendo, irridendo, men-  
 tiendo, ueritatem negando, impugnando, conculcando, inuoluendo mundum erroribus,  
 falsis opinionibus imponendo simplicibus, et cauponando ueritatem, ut quaestui satisfiat.  
 350 Periuris.) His qui in dei contumeliam, ac diuini nominis dedecus, blasphemiam, domino  
 impingunt, aut falsitatem, mendacium, infidelitatem, iniustitiam uel ignorantiam, uel qui  
 se uerbis huiusmodi testantur esse homines sine deo. Sed et hi qui quae dedecori sunt  
 maiestati diuinae, quolibet modo impingere conantur, tentant uel imprecantur. Omnibus  
 his leges dentur, et iuxta leges rigide sunt plectendi.

*Et si quid aliud sanae doctrinae aduersatur, quae est secundum euangelium gloriae  
 beati dei, quod creditum est mihi.*

355 Seruantibus sane euangelicam doctrinam, a Christo et apostolis et ab ipso de nique Paulo  
 praedicatam, quae sola sana est, et credentibus electisque necessaria, utilis et certa, non  
 est in foro animae et salutis necessaria lex quaecumque humana, quam doquidem nec  
 Mosaica, quae dei lex est, Iusti enim sunt qui euangelio credunt, simpliciter uerbo dei  
 acquiescunt, proximo faciunt quae sibi fieri cupiunt, Christum amplectuntur ut suum  
 360 saluatorem et fratrem. Quicquid autem huic aduersatur doctrinae, hoc lege quoque  
 prohibitum est, et legis uirtute opus habet, quae reuincat, deterreat puniatque peccatores,  
 transgressores et iniustos. Vt qui charitatis uin culo dulci deo connecti nolunt, legum  
 laqueis innectantur, alioqui iustis non est

## COMMENT. IN I. EPIST.

lex posita. Euangelium.) non tam praemium fausti nuncii nobis est, quam ipsa laeta  
 365 denunciatio, maximorum ac spiritualium bonorum promissorum, ad laetificandas consci-  
 entias piorum hominum, quae et in primis ac insigniter in usum suscepta est praedicari,  
 de mysterio dei ad homines per Christi domini promissionem, incarnationem, praedi-  
 cationem, beneficia, passionem, mortem, et resurrectionem. Quae omnia nunc instant,  
 et usui solatioque sunt credentibus, quia scilicet deus per ditum mundum in Christo  
 370 sibi perfecte reconciliauerit, et omnium peccatorum satisfactionem per Christum, et in  
 Christo iam receperit. Vt non tam de peccato rum nostrorum condigna satisfactione, et  
 ad deum nostrum conciliatione ac remissione culpae simus solliciti, quam de poenitentia  
 et emendatione, ut posthac pientissimi patris beneplacitis toto affectu et desiderio in-  
 sistamus, utque grati filii in fide et charitate, toti illi summo bono nostrinhaeremus.  
 375 Euangelium autem gloriae nominauit. Quid enim deo gloriosius, quae sua bonitas, per  
 Christum et euangelium nobis reuelata? Docet enim nos, ut non tam gloriosum sit  
 illi, quod in principio per suam omnipotentiam creatus est mundus, quam quod in fine  
 temporum pro nobis immolatus est Christus. Glorificatur euangelio filii sui deus toto  
 terrarum orbe, deprimit sibi, et subiicit omnem gloriam huius mundi, omnem princi-  
 380 patum, omnem uanam sapientiam, glorificat obseruatores, ac credentes facit uere sanctos  
 et sapientes: cui quicquid contrariatur uel repugnat, imo non concordat, uanum est.  
 Beati dei.) Deficiunt Apostolo uerba, dominum deum honoris digno epitheto adnominare  
 cupienti. Quicquid enim de deo dicitur, minus est a dignitate dei. Beatum simpliciter  
 dicit, quia omnis beatitudinis fons, author et scopus est, quem scire, amare et tenere

[ p.472 ]

385 consummata felicitas, et absoluta est perfectio. Cui nihil bonorum abest, a quo solo  
 omne bonum, qui denique ad capessendam beatitudinem electos omnes creauit. Denique  
 omnes homines saluare cupiens, pro quibus omnibus omnia fecit sancta ac iusta uoluntate  
 sua. Creditum.) sibi euangelium Paulus affirmat et praedicat, de quo et gloriatur, ut in  
 eo deo suo seruiat, fideliterque incumbat, quamlibet non fuerit de numero duodecim  
 390 apostolorum, sed persecutor ecclesiae. Ex gratia tamen uocatus, et missus ad gloriam  
 euangelii disseminandam, et gratiam dei per Christum inter gentes, tanquam fidelis, non  
 adulterator quaestuosus et uanus, frigidus uel deses. Creditum fideliter praecipuo legato,  
 ut thesaurum inexhaustibilem in orbem uniuersum spargendum: semen quoque fructum  
 centesimum prolaturum.

*Gratias ago ei qui me confortauit in Christo Iesu domino nostro, quia fidelem me  
 existimauit, ponens in ministerio.*

395 Quanquam fuerim magister legis, exercitatus quoque in uaniloquio scholae Pharisaeorum,  
 magister noster, et humanis literis probe eruditus, uel non indoctus, gratias tamen ago  
 deo meo, qui per infusam mihi fidem in dominum Iesum Christum, me licet indignum,  
 sola sua gratia dignum fecit, quem ministerio suo subderet, ut praedicem dominum  
 Iesum Christum, sine omni respectu priuati uel publici commodi mei. Sed in gloriam  
 400 dei patris, et in laudem gratiae bonitatis suae, an nunciandae per me in uniuersum orbem.  
 Eiusmodi autem uocatio ad spiritualia bona, ac uerbi dei praedicationem, soli deo accepta  
 referatur: non enim talemmereri nostrae est facultatis uel arbitrii, praeuenimur ad id dei  
 bonitate, et gratia gratuita data, ut nihil de nobis gloriemur. Sed dominum honorificemus,  
 qui uocat quos elegit in opus suum, et uocationi adaptat: et quicquid per nos promouetur  
 405 boni, ipse agit, promouet ac absoluit, ut ipsum in suis beneficiis agnoscamus, et per fi

#### AD TIMOTH. CAP. I.

dem et gratiae exercitium recipiamus maiora. Qui me confortauit.) Cum nihil propriis  
 possem uiribus, fortissimum tamen euangelii sui propugnatorem effecit super coaetaneos  
 meos, dudum iustitia legali inflatum humiliavit, et exinaniuit, ut nihil tribuerem naturae  
 uiribus, perque suam gratiam confortauit in omni bono. Nouo spiritus Christi feruore  
 410 imbuit et inflammauit, ut non solum arserim in amore dei per Christum, sed etiam  
 uehementer multos uerbi praedicatione alios passim inflammauerim. In Christo Iesu  
 domino nostro.) Omnia autem haec acta, accepta dictaque sunt in gloriam et laudem Iesu  
 Christi, quem pater omnipotens et dominus, mundo lumen, recreatorem, redemptorem ac  
 doctorem instituit, cuius ius uerbi euangelici me praedicatorem dedit, cuius quoque gratia  
 415 et meritis confortatus, deo gratias ago. Quia fidelem me iudicauit.) Non quidem uera  
 fidelem inuenit, qui fastuosus Pharisaeus eram, sed per meram suam gratiam sum id  
 quod sum, qua et decreuit me facere fidelem sibi, quem praesumptuose fidelem reperit  
 propugnatorem traditionum paternarum, scilicet Iudaicarum. Vt tanto clarius elucesceret  
 eminentia bonitatis diuinae, quanto indigniorem deligeret in tantum opus, ebuccinandi  
 420 gloriam dei in omnes gentes per Christum filium suum. Ponens in ministerio.) Vt sim  
 non propriae quidem doctrinae inuentor, sed uerbi sui humilis minister: idoneus tamen  
 et non piger, nec propriae utilitatis uel gloriae captator, sed domini dei minister fidelis et  
 sedulus in opus sanctum, non in gloriam praelationis, et regimen mundi in temporalibus

[ p.473 ]

quibuscunque , sed in ministerium subiectionis, ut eidem ministrare nunquam cessem,  
 425 sed indefesso conatu impleam cursum ministerii quod suscepi. Cuncta enim non solum  
 apostolica, sed Christiana in genere uocatio, alia haberi non debet, q̄ ministerium  
 quoddam charitatis, a Christo nobis commendatae, qua mutuam gratificando famulemur,  
 propter quod et uoluit in ecclesia multos relinqui semper imbecilles, infirmos ac paruulos  
 in Christo nutriendos, uerbo et exemplo, alterum indigere alterius opera, do naque  
 430 ministeriorum singula singulis impertiri pro singulorum necessitatibus.

*Qui prius eram blasphemus, et persecutor, et contumeliosus, sed misericordiam dei  
 consequutus, quia ignorans feci in incredulitate.*

Vel hinc liquet immeritum me sola gratia uocatum a domino, in tam sacrosanctum  
 ministerium, quod iam ante Christum eundem dominum meum, quem nunc praedico  
 dei filium, Christum saluatorem mundi, blasphemus ore criminatus sum coelestem eius  
 doctrinam, ac dei patris, mundo per eum exhibitam charitatem, stupenda quoque eius  
 435 audita non uisa miracula credere nolui: dixi, ut caeteri pharisaicae scholae sectatores,  
 daemonicum fuisse eum, haeticum, seductorem, plus quam peccatorem, et amicum  
 fautoremque peccantium, contemptorem rerum diuinarum pariter et humanarum. Docui  
 haec eadem alios, seduxi quos potui a doctrina Christi: quos uerbis non potui, factis  
 compuli. Persecutor.) Non sufficiebat oris blasphemia, et clamor sacrilegus, quin et  
 440 ubique persequebar discipulos euangelii et doctores. Primum quidem Hierosolymis  
 discipulos, Stephanum, sed et epistolas accepi ad omnes synagogas, ut si quos inuenissem  
 huius uiae uiros et mulieres, uinctos perducerem in Hierosolymam. Non nego impietatis  
 meae infelicitatem, sed confiteor me peccasse supra modum in Christum et Christi eccle  
 445 siam. Nec solum persecutus sum, sed usque ad mortem inquisiui, ubique protraxi, tra  
 didi, accusaui, incitauit crudeles, damnaui, lapidaui, occidi. Sed misericordiam adeptus  
 sum.) Vbi superabundauit crimen, ibi et exuberauit gratia: praeuenit me non solum sine  
 meritis, sed pessime incedentem suscepit clementer. Impediuitin

COMMENT. IN I. EPIST.

malo, corripuit clamore e coelis, indicauit errorem, suppeditauit doctorem, non solum  
 de ecclesia Damascena, sed etiam de coelo, et de tertio coelo, et ad supereffluentiam, ut  
 450 plura quae didici ibi, eloqui non expediat. Addidit animum, publice confitendi Christi  
 gloriam, et euangelicam ueritatem, utque subinde toto pectore ris ausu defenderem, quos  
 prius uastator acerrime fueram persequeutus ubique . Quae haec mutatio fieri poterat,  
 nisi a dextra excelsi? Quomodo conuerti potuissem ab inolitatis doctrinis, nisi gratia dei  
 455 benignae praeuenit? Tanto celebriorem in me suam gloriam auxit, quanto blasphemias  
 meas ac crudelitates patientiore grassatione euulgari constituit. Quod ignorans feci per  
 incredulitatem.) Repletus eram scientia traditionum humanarum, quam a magistris  
 nostris didiceram: promissiones diuinas, de modumittendi Messiam et Christum suum,  
 nemo illorum docuerat. Legis iustitiam sufficere mihi abunde putabam, praeter quam  
 nullam sciebam. Leuitici sacerdotii ceremonias maximi ducebam, templum crebro,  
 460 utreligiosior, uisitabam. Videns itaque per Christi doctrinam et apostolorum, alienari  
 fratres meos ab humanis ac Iudaicis illis traditionibus, quas paruifaciebant, Christum  
 dei filium asserebant uerbum dei, patri coaeternum, et coomnipotens, et coaequale,

[ p.474 ]

sabbathum infringentes, manus non lauantes, paucas uel nullas templo hostias offerentes, orationes publicas et solennes priuatis et clanculariis ad deum desideriiis postponentes, sacerdotum et scribarum auctoritatem eleuantes, et caetera plura. Existimaui, falsa scientia excaecatus et ignorans, omnes tales cum Christo illo suo iustissime eliminandos, occidendos, memoriam nominum ac personarum delendam, hoc ipso uoto arbitratus obsequium me praestare deo, zelosus sine uera scientia. Facile dei misericordiam consequimur, si ignoranter peccamus, nisi ignorantiam maligne affectemus peccato in spiritum sanctum, qui inspirat, cuius inspirationem ad bonum detestari, ex certa scientia, est in spiritu sanctum peccare. Excusatio autem manet ac relinquatur ei, qui per incredulitatem peccat, studiosusque uoluntatis diuinae existens, et alioqui pius, non intelligit aliquid secundum scripturas esse necessario credendum, ut hic Paulus, idque ob defectum doctorum. Non uiderat Saulus Christum, miracula ex auditu tantum didicerat, utriusque rumoris auctores audierat. Hinc pontifices et scribas ac pharisaeos, Christianorum et Christi aduersarios iuratos et infestissimos, quos ipse suspiciebat tanquam primores, et ueritatis indagatores credebat. Haud aliter ac hodie tota fere Gallia suos moratur doctissimos Parisienſis. theologos Sorbonicos, magistros nostros. Hinc simplices idiotas, humiles apostolos, et doctrinam crucis despiciebat ut scandalosam, parum credebat miraculis, homo natura suspicax pro doctrina suorum magistrorum, et tenax traditionum paternarum. Ideo incredulitas fere eidem inuincibilis uideri poterat, ut misericordiam dei assequeretur ob ignorantiam, alioqui zelosus scripturae discipulus et aemulator existens. Non sic de pharisaeis aliis ac pontificibus, qui Christum audierant, miracula uiderant, sciebant quia a deo uenisset magister, et nemo haec signa facere poterat, nisi deus fuisset cum eo. Peccabat tamen interim Saulus, non curans audire apostolos, prophetas, et Christi uerba ac opera non conferebat, nec scripturas scrutabatur, implicatus doctrinis pharisaicis et traditionibus, magnatorum magis iudicio, quam propriae conscientiae recollectioni intentus, synceritati simplicium ac bonorum minus credebat, tumidus corde, scientia animali, et consuetudine maiorum irretitus. Quid hic fusius dici possit, satis norunt, qui spiritu sunt pietatis et sacrae eruditionis imbuti. Impii suo malo pergunt detestari scripturas sacras et fidem, moridicus autem et contumaciter defendere usum, quaestum, luxum et fastum.

## AD TIMOTH. CAP. I.

*Superabundauit autem gratia domini nostri cum fide et dilectione, quae est per Christum Iesum.*

[ p.475 ]

Fauor et clementia dei, qua me praeordinauit ad suum obsequium, eatenus copiose me prosequuta sunt, ut quia peccator eram semper, promereri illam non poteram, alioqui gratia dici minime potuisset. Sed hostem gratiae in Christo, qui electos, licet ignorans persequutus sum, elegit me ad portandum nomen suum coram gentibus, et sibi ipsi in seruum, conferendo fidem et agnitionem mysterii sui per Christum, dispensati ad omnes gentes, eamque dilectionem saluatoris Iesu Christi, et ecclesiae electae ex gentibus, quam nullis meis studiis obtinere, sed per gratiam Christi Iesu suscipere poteram clementer indultam. Eandem denique tanto gradu donauit, qui merito superabundans diceretur, quia multum peccaueram nimio et irrationabili zelo, cum ignorantia tamen excusabili penes Christum, quam electo nollet imputare. Supra modum autem gratia collata dicitur, quia

sine prae dicatione, spiranti minas et caedes in Christum, hoc est in Christi discipulos, reue latio tertii coeli delata est, Christoque doctore imbutus est de altissimis mysteriis dei, 505 Idque subito spiritu sancto replentem et consummante, ut Christi domini magis appareret maiorque benignitas. Fide insuper uera implebatur per gratiam, quae sine dilectione suscipi non poterat, nec subsistere: ideoque magna fides in Paulo, amplam quoque charitatem ostendit, quae eum plus omnibus laborare faciebat, et sollicitum reddebat de singularum ecclesiarum profectibus, ut prius omnes uoluerat profligasse. Gratia igitur 510 Christi donata cum fide et dilectione, opera fidelium commendat, non legis Mosaicae opera, nec alia quaecunque : non enim iustificat quen quam, sed sola fides per Christum mediatorem, qui est nostra iustitia, obseruantia digna legis, et remissio peccatorum.

*Fidelis sermo et omni acceptione dignus, Quia Christus Iesus uenit in mundum, ut peccatores saluos faceret, quorum primus ego sum.*

Certissima traditio fidei nostrae est, et indubitabilis promissio dei, articulus apostolicae praedicationis, cuius fides Christianum facit, et fidelem. Sermo, quo nihil certius dici 515 potest, et credi utilius, amplecti quoque suauius et felicius conseruari. Omni acceptione dignus.) Nihil mundo optabilius potuit reuelari, plausibilius euangelium annunciari nequit. Cuius praedicatio omnium antiquissima, statim primis parentibus, et omnibus patriarchis promissa credita et sperata fuit. Cuius fide saluati sunt omnes, quam fidelissime crediderunt, et desiderantissime praestolabantur implendam, quam nunc nos 520 dei misericordia gaudemus impletam, et gratias agimus. Argumentum est autem et scopus non solum totius huius epistolae, sed euangelicae et apostolicae praedicationis, et summa pietatis fideique Christianae. Christus Iesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere). Qui dudum in patriarchis et prophetis loquebatur, nunc dixit, Assum, de patris sinu sponte obediens et hunc mundum perditum cernens, misericordia motus, 525 redemptor aduenit. In hunc tam miserabilem mundum errore, ignorantia, infirmitate malitiaque repletum per omnia. Fuit quidem semper omnia in omnibus, nulli unquam abfuit creaturae. Gubernauit et impleuit mundum diuinitate sua, sed in hominis forma ac ueritate nunquam in mundo prius hoc modo apparuerat. Nunc utero uirginis egressus in hunc mundum, uerus homo et deus, pro homine certauit cum daemone, quem deus 530 uicit per hominem. Omnes quidem peccatores reperit, ideo omnes saluare uenit, non iustos, qui uel sint uel esse se putent: nemo enim saluatur nisi humiliatus, et peccati sui conscius, ut humiliter redemptorem

COMMENT. IN I. EPIST.

desideret, de seipso desperans, iustitiam suam nihili faciens, misericordiam petens, et indulgentiam promittenti credens. Saluos autem facere, est de peccato liberare: non 535 quidem ne insit donec uixerimus in hoc corpore, sensus deprimente, sed per fidem et charitatem deo unire, amicum deo facere, peccata omnia non ad damnationem imputari, conscientiae certam consolationem imprimere, deque dei misericordia et gratia certum reddere, pro totius mundi delictis deo patri satisfacere, infernum claudere credentibus, deo autem semper uiuere. Haec breuissima est euangelii summa, alta mente reponenda 540 fidelibus, et in spiritus dulcedine semper ruminanda, simulque magnitudo peccati, quod tanti redemptoris necessitatem in duxit, ut dei gratiam magnificemus, et culpam nostram

[ p.476 ]

545 grauissimam agnoscamus, ut humiliemur. Quorum primus ego sum.) Ego, inquit, ut  
Christum dominum primus sum persecutus, et in eius membris occidi uoto et facto,  
ecclesiamque acerrime afflixi, et primum martyrem coronauit. Sic primo omnium, tantus  
550 inimicus ego, ut alter Semei Beniamita, Christi domini Daudis filii clementiam et  
gratiam sum expertus. Ego Christum blasphemauit, ipse me uas electionis gentibus  
praedicatorem transmisit: ego ipsum e mundo profligare cupiebam, ipse me sectatorem  
fecit: occidere uolebam et mactare, ipse me eorundem propugnatorum fidelium instituit:  
nomen Christi exosum habui, quod nunc praedico et magnifico: Iudaeos tuebar, quos  
550 nunc impugno atque confundo. Omnia secus atque uolebam a domino miserante  
cesserunt, ut miraculum conuersionis meae clarius in dei gloriam elucesceret.

*Sed ideo misericordiam sum consequutus, ut in me primo ostenderet Christus lesus  
omnem patientiam, ad informationem eorum, qui credituri sunt illi in uitam aeternam.*

555 Sanctos peccare nonnunquam sinit enormiter, ut sanctiores, feruentiores, hinc meliores,  
fideque et fiducia firmiores resurgant, de seipsis nihil boni uel non nimium praesumant.  
Omnia tribuant clementiae dei, in quam solam sperent, ardentius pro peccato orent,  
sibiipsis ex animo displiceant. Petrum et Paulum apostolos summos, ac Christianorum  
doctores, ob id peccare permisit, ut clementiae suae speculum et exemplar intuerentur  
omnes, non quidem ad peccandum, ad quod natura primum prona suo apte genio impellit,  
sed ad non desperandum, humiliter fidendum, ad informationem fidelium qui credituri  
erant. Si enim tanto persecutori tanta deus benignitate indulset tanta crimina, quid nos  
560 non miseri et humiles peccatores speremus? Interim quoque discimus, neminem iudicare,  
de nullo criminoso desperare, neminem pro deplorato abiicere uel damnare, neque in  
sanctis quoque personis perpetuam innocentiam exigere. Quandoquidem nonnunquam  
humilis peccator gratior deo sit, quam sanctulus superbus de sua sanctimonia praesumens.  
565 Consequimur autem misericordiam, non nostris uiribus, operibus, poenitentibus,  
sed gratuito dei dono sua nos gratia praeueniente. Omnem autem patientiam.) Hoc est ab-  
solutam ac perfectam ostendit dominus in sancto suo apostolo Paulo, ut maiorem exigere  
nullus possit. Non graues iniungit poenitentias, non dure uindicat admissa, sed gratis ab-  
soluit ab omnibus: prioris tantum uitae ueram conuersionem emendationemque iniungit,  
ut culpam agnoscamus, pro ea humiliter ueniam inquiramus, firmiterque obtinendam  
570 speremus. Ad informationem eorum, etc.) In Paulo siquidem deus uelut exemplar  
proposuit mundo, ut discant quid sibi sperare debeant, quicumque relictis moribus pris-  
tinis, crediderunt in Christum. In uitam aeternam, ait: fortassis ad dei misericordiam  
referendum est, qua

#### AD TIMOTH. CAP. I.

575 tredentes, quantumlibet peccatores, per clementiam informat, et adducit in uitam aeter-  
nam, quam nullis nostris meritis promeremur, sed dei misericordia credentes assequimur  
per Christum dominum.

[ p.477 ]

*Regi autem saeculorum immortalis, inuisibili soli deo honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.*

Continuo et maxime Paulus memoriam facit gratiae de ad se persecutorem ueritatis, quam gratiam Christus dominus illi largitus est, qui post tam horrendam piis omnibus persecutionem, Christo in membris suis illatam, tantam rependit misericordiam, longanimitatem, patientiam, et affluentiam donorum spiritualium, sibi Paulo cui inimicus  
 580 esset delatam, et mirabilem uocationem ad apostolatam, ut exemplar fieret peccatoribus, fide in Christum saluandis. Qua permotus memoria beneficii tanti, cum gratitudine et admiratione tantae gratiae susceptae exclamat, beneficium agnoscens, et gratiam reddens, dicit, Regi saeculorum etc. Rex autem saeculorum, omnipotens deus dicitur,  
 585 qui coelum condidit, et omnia coelo conclusa, sapientia sua gubernat omnia, et regit clarissime agnita, qui in omnia saecula semper immutabilis perseuerat. Ne Solem, stellas et coelos reges nostros credamus uel suspicemur, sed qui haec omnia fecit in gloriam suam, quae et suo nutui subduntur et obediunt: in cuius manu sunt non solum corda, sed et uoluntates, animae, et uita regum omnium, qui sine eo nec momentum uiuunt,  
 590 nec uel minimum possunt. Est autem Saeculum in scripturis, spatium diuturnum, uel uitae ut plurimum humanae, uel centum annorum, saepe etiam quinquaginta: item, anni restantes ad quinquagesimum iubilaei secundum legem, etiamsi pauci sint. Hic autem saeculorum nomen accipiendum longaeuitas omnium uiuentium. Rex enim est creator omnium, semper uiuens, quantumlibet sequantur uicissim hominum generationes et  
 595 centenarii, uel aerae quaecunque. Nos autem ut aqua dilabimur, ipse uero fluius est perennis, iugiter perseuerans, uiuificans creaturas, infinitus et immobilis existens, dat cuncta moueri. Immortali) ait, Qui non solum immutabilis est, et nihil perdere potens, semper perfectus et felix, sed omnibus quoque uitam donans, in quo uiuimus, mouemur et sumus. Non ut dii falsi, qui olim homines fuerunt mortales, sed summum bonum,  
 600 ideoque: sine summo consistit malo, quod habetur mors, et nihilum uel corruptio. Neque etiam in Christo mortua est, nec mori potuit diuinitas, sed tantum caro destituta ab anima triduo, ambo diuinitati inseparabiliter iuncta. Hic autem Paulus ipsissimam intendit diuinitatem, quae aliud non est quam pater, filius et spiritus sanctus, unus deus, et una deitas, infinita perfectione et duratione. Inuisibili.) Patrem enim et diuinitatem nemo  
 605 uidit unquam mortalium, nedum oculis, sed nec perfecte intellectu quocunque creato, etiam angelico. Filius autem qui est in sinu patris, ipse perfectissime naturaliter nouit, comprehendit, ac eandem reuelat, cui et quantum uult. Est enim deitatis natura speculum, non naturale, sed uoluntarium, si uultuidetur, et quantum uult, a nemine tamen potest perfecte uideri, quod finita capacitas, infinitum bonum perfecte complecti non possit uel  
 610 capere. Sed nec unquam alicui uisus est pater. Omnia autem agit per filium, per quem fecit et saecula, quo uerbo suo omnia administrat. Et potestas omnium in coelo et in terra data est Christo dei filio. Soli deo honor et gloria.) A quo omne bonum, ideo ei debetur honor, qui est bonitatis testimonium. Sicut itaque regi mortali honor dependendus, non regi, sed deo referendus est, cuius rex est minister, a quo et regia dona suscepit, et quem  
 615 praecipit honorari. Sic pro sanctitate, uirtute, sapientia in hominibus quibuscunque

COMMENT. IN I. EPIST.

honor omnis deo debetur, qui solus largitur haec omnia, ut non tam illi uel illa, quam

[ p.478 ]

deus ipse optimus et maximus in illis honoretur. Alioqui creaturae tribuentes, quod solius est dei, idololatriam committimus, et utendis fruimur. Vthodie ui, demus honorari sanctos, a quibus petimus quae solus deus donare potest, et qui a se talia docuit postulare.

620 Et sic deo propria, illis contra illorum uota et studia committimus. Soli deo omnis sit honor, a quo solo omne bonum. Dum uero dicitur, Soli deo, non excluditur filius et spiritus sanctus, quin et illi sunt unus cum patre, immortalis et inuisibilis dominus atque deus. Pater autem omnium perfectionum diuinarum fons est et abyssus, emanationumque diuinarum origo. Quae licet deitas eadem sit in tribus, non tamen eodem modo habendi:

625 omnia enim a patre sunt, et ipse a nullo, filius a patre, spiritus sanctus a patre et filio, pater autem a nullo. Est autem gloria dei, recognitio et attributio omni boni, quia dominus uniuersorum sit ipse, cuius bonitas relucet in rebus omnibus, qui ab omni creatura colendus cognoscitur, et omnia sapientissime moderatur, cui omnia seruiunt. Haec omnia gloria dei sunt, et clara infinitae et immensae bonitatis agnitio ac professio.

630 Quod additur, In saecula saeculorum, infinitatem durationis ac aeternitatem signi ficat carentis principio et fine, cuius omnes temporis differentiae simul sunt, apud quem non est uicissitudinis cuiuscunque obumbratio. Amen.) Attestationis nota est, et fidei omnium quae dicta sunt proxime de diuinitatis excellentia et gloria,

*Hoc praeceptum commendo tibi fili Timothee iuxta prophetias quae de te praecesserunt, ut milites in eis bonam militiam, habens fidem et bonam conscientiam.*

Vt intelligas fili Timothee, quid maxime te agere uellem, quidque te deceat, et exigat a te dominus, qui et prophetis quibusdam de te reuelatis, praemonstrauit te dignum futurum episcopum, et sancti spiritus admonitione, id officii tibi iniunctum est, quod non ego impono tibi, sed quod a spiritu Christi et uerbo dei tibi iniungitur, hoc tibi commendo, commonefacioque istius praecepti, ut memineris sollicite, militare bonam militiam contra infideles pseudapostolos, criminosos Christianos et falsos fratres, eos ut magnifice superes et uincas uera fide Christi, bonaque conscientia. Ex quibus intelligimus fuisse

640 Timotheum optimae famae, et sanctae conuersationis uirum, eruditum in sacris literis, de quo iam ante praedixerant quidam prophetae, quorum in primitiua ecclesia multi erant, futurum aliquando Timotheum idoneum episcopum, et orthodoxae fidei catholicaeque doctrinae propugnatorem egregium. Quod et ipsum fortassis Paulus cognouerit in spiritu, de reuelatione commonitus, ob idque syncerius dilectum episcopum ordinauerit in urbe celeberrima. Ephesi autem tunc erant aduersarii multi euangelicae doctrinae, uariae conditionis, gentiles in primis, qui pro Diana sua, ob quaestum zelabant pro sua idololatria defensanda. Iudaei quoque Paulo eiusque sociis et dogmatibus exitium iugiter meditabantur. Pseudapostoli legem Mosis cum euangelio seruandum docentes. Falsi denique fratres, qui infirma fidelium traducebant, persecutiones suscitabant, inordinateque uiuentes, scandalo erant sanctae ecclesiae. Hos omnes non potest terat Timotheus aliis armis debellare quam fide et conscientia, fortiter et constanter adhaerendo sacris literis, et uerbis sacrae doctrinae, ex lege, prophetis et hagiographis (quae tunc fere solae extabant) quibus contra aduersarios omnes illos, uerbo scilicet ueritatis, et animi

650 fortitudine, firma quoque fide, constanter defenduntur, et sine trepidatione docentur, catholica et apostolica primitiuae ecclesiae dogmata. Interim sibi testimonium praebente et audaciam conscientia sua, cum immacu-

## AD TIMOTH. CAP. I.

[ p.479 ]

lata ac religiosa conuersatione, coram omni ecclesia, quae eum audacem reddere poterat, ad animose uiriliterque occurrendum, etiam apostolatus sui autoritate, et spiritus sancti uirtute, qua perfusus erat, omnibus illis aduersariis potestatibus, doctrina et moribus, uolentibus corrumpere commissam sibi ab Apostolo ecclesiam Ephesiorum, exemplum futurus episcopi successoribus.

*Quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt, ex quibus est Hymenaeus et Alexander, quos tradidi fatanae, ut discant non blasphemare.*

Erant Ephesi, qui contra conscientiam et agnitam ueritatem Apostolum traducebant, confingebant in eum mendacia, et obloquebantur: qui et semel susceptam euangelii fidem abiiciebant, Hymenaeus et Alexander. Hii uerbis Apostoli pertinaciter restiterant, seditiones mouerant contra Paulum, Iudaei ex genere, et a fide apostatae, Pauli persecutores subdoli, et non semper in manifesto aduersantes. Vnde et Paulus Timotheum admonet de Hymenaeo, ut caueat, nihil illi fidat, in secunda epistola. Satanae tradere, est excommunicare, et eiicere a coetu fidelium, ut a morbidis agnis sibi sani et boni Christiani caueant et non inficiantur. Prodidit ergo illorum malitias, et ecclesiae patefecit, ut et illi resipiscerent, et reliqui sibi de periculo prospicerent. Talis olim in ecclesia excommunicatio agebatur, sic publicorum criminum propalatio, et exomologesis in aedificationem ecclesiae fiebat. Quas utinam consuetudines probatissimas, iusta forma, secundum apostolicas traditiones ecclesia reciperet, ut refoerentur mores, et disciplina non cesseret, ut discant non blasphemare. Blasphemia nimirum est, peruersa docere, secreta diuina temeraria curiositate disquirere. Nihil enim commune habet humana ratio collata diuinis. Compescendi diligenter in ecclesia sunt, qui dominum blasphemant, uerbi illius auctoritati detrahunt, qui gentilium errores postliminio reducunt, qui Iudaicis fabulis et haereticorum uenenis inficiunt ecclesiam, qui religionis praetextu gentilium ritus commutant in speciem religionis, quos satius fuisset in totum reiici, ne gentilium ceremoniis ecclesia plus quam Iudaica grauetur, puritasque doctrinae et operum commaculetur, et tandem opprimatur.

## CAPVT II.

*Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus.*

Cum igitur necesse habeas militare periculosam militiam, cumque fide tibi et conscientia opus sit, ut imminentibus undique et semper malis occurrere possis, et officio satisfacere tuo, spiritu sancto te uocante commisso, quae sine dei gratia ac uirtute, nec a te praelato haberi possunt, neque ab alio. Ideo adhortor, non impero, non importunus urgeo, ut dominus, sed ut fidelis tibi pater filium obsecro, quem pro sincero affectu et filiali amore, scio non minus complecti hortamentum, quam seruus imperium. Non enim patris praeceptum filius expectare debet et exigere, sed solo nutu insinuasse filio beneplacitum patris, abunde suffecerit, ut protinus perficiat sedulo, quod patrem optare crediderit. Sic non mandatis, imperiis et coactionibus in dei negotiis est agendum. Nec

10 Christus nec apostoli id tentarunt, sed usi sunt admonitionibus, consiliis, orationibus,  
 et adhortationibus, quibus in ecclesia proficere studuerunt. Vt nihil mandauerint, nisi  
 quae pro charitate seruanda serius proponebant. Vt ante omnia fiant orationes.) Cum  
 sanctum ac deo acceptum, uel probandum, nihil prorsus ualeamus, nostris tantum freti  
 uiribus, sine dei auxilio, nec uerba, nec opera, nec exempla, nec aliqua sollicitudo nostra  
 15 aliquid prosit uel promoueat, necesse est ante omnia

## COMMENT. IN I. EPIST.

[ p.480 ]

nostra conamina, dominum implorare, auxilium illius petere ac assistentiam, ut ipse  
 bonum inaspiret, desiderari faciat ac perfici: nihil enim aliunde obtinebimus.

Deprecationes.) Dicuntur haec orationes ad deum, quibus aduersa quae merui  
 mus peccatis nostris, per dei misericordiam amoueri precamur, iram scilicet dei, et  
 20 poenam condignam, conscientiae angustias, incommoda corporis et spiritus, tentationes  
 perniciosas, et proximas periculo, ac casus peccatorum. Obsecrationes.) Sunt, quibus  
 per omnia sacra et deo grata, consequi desideramus dona dei nobis necessaria, spiritualia  
 in primis, deinde et corporalia. Vt quod nostris meritis obtinere non possumus, eius  
 gratia, et Christi domini meritis et intercessione a domino postulemus nobis concedi  
 25 in gloriam dei. Interpellationes.) Sunt cum unus pro alterius necessitate ex charitate  
 sollicitus intercedit, et profratre orat, ut uel aduersa amoliantur, uel optabilia consequantur,  
 cum scilicet pro inuicemoramur, ut pariter saluemur. Gratiarumactiones.) Sunt, eum  
 pro acceptis beneficiis dominum laudamus, et omnia eidem accepta reddimus, et a  
 nobisipsis nihil nos habuisse uel potuisse fatemur. Vicissim nos offerentes uoluntati  
 30 suae, cuius beneplacito per omnia subiiei desideramus. Hoc est enim eucharistiae uerum  
 ac Christianissimum sacrificium, laudis scilicet et confessionis, ac gratiarumactionis. Pro  
 omnibus hominibus.) Non solum orandum pro amicis, fidelibus, iustis, ac familiaribus,  
 ac benefactoribus, uerum omnium maxime proeis qui magis in digent, dei maiori opus  
 habent misericordia. Vt sunt inimici nostri, ut charitate imbuantur Christiana, infideles,  
 35 Iudaei, haeretici, ut respectu gratiae diuinae, lumine uerae fidei et ueritatis illustrentur,  
 et domino credant, iniusti ac impii ut respiscant: ignoti nobis, ut domino miserante  
 a peccatis liberentur. Nihil unquam inter orandum occurrat discriminis, quo minus  
 affectuose pro uno hominum genere oremus, quam pro alio, uel excludere quoscumque  
 praesumamus, uel intendamus frigidius. Nec tantum oremus obbeneficia, ut hypocritae  
 40 solent, et incommodum nostrum, sed sola fraterna charitate ad orandum permoueamur  
 pro egentibus: et quia id domino placere credimus, similia ab aliis orationum suffragia  
 desiderantes. Non iubet Apostolus orari pro defunctis, sed pro hominibus, non pro  
 animabus fidelium mortuorum, quae non iam nobis proximae sunt, sed deo. Viui no bis  
 ubique commendantur, mortui deo: nos contra egimus, totam fere nostram sollicitudinem  
 45 impendentes in eos, demortuos scilicet, de quibus nobis dominus nihil praecepit. Pro his  
 non piget nimium multa dare, agere, pati, interim tamen fratres indigentes, maximopere  
 a deo nobis commissos, dissimulamus, et nihil iuuamus. Sed haec excogitauit auaritia  
 cleri, ut morituri multa legarent pro se mortuis de diuitiis suis, quas posthac, ut non  
 suas, relinquere cogebantur. Haeredibus debita iure naturae ea intercessoribus pro  
 50 animabus facile largiri poterant, maxime quia purgatorii poenas his mediis euadere posse  
 instruebantur praeter uerbum dei, et sine sanctorum exemplo.

*Pro regibus, et omnibus qui in sublimitate constituti sunt, ut quietam et tranquillam uitam agamus, in omni pietate et castitate.*

Apostoli temporibus reges mundi infideles erant et ethnici, aduersarii fidelibus, sed tamen pro eis orari uoluit, imo tanto solicitius instetit, quanto magis clementiae diuinae influxus illis pro illorum regimine necessarius erat, ut boni fierent, ut tractabiles, mansuete  
 55 praesint, benigne dominantur, quo ualeant sustineri, ut cor illorum regatur a domino, quo subditi tranquillius regantur: ut illis desuper praestetur sapientia et timor dei, ut ament iustitiam, et tueantur innocen

## AD TIMOTH. CAP. II.

[ p.481 ]

tiam. Et omnibus in sublimitate constitutis.) Addita coniunctio expositiue accipitur. Regibus, id est sublimibus. Sunt em reges qui in magistratu aliquo constituti, regunt,  
 60 moderantur et praesunt. Constituri uero non ab alio quẽ a deo. Omnis enim potestas a deo est, etiam mala, propter peccata populi, et imminens subditis dei iudicium. Per eos enim deus non raro sua exequitur iudicia. Dabo, inquit, tibiregem in furore meo. Effoeminati erunt principes eorum, etc. Maximam itaque nobis poenam deprecabimur, si bonum et religiosum principem orationibus a deo promerebimur. Propter peccata  
 65 enim populi dominus regnare facit hypocritam, id est impium. Sublimitas autem est, regere subiectos, iuxta stilum spiritus sancti, et a deo ordinata: non tantum ut honorentur praefecti, sed multo magis ut onerentur, solitudine maiori prodesse cupientes eis, quibus ut per charitatem et sapientiam seruiant, a deo dati sunt. Reges gentium dominantur, et benefici dicuntur, non sic reges fidelium. Hi enim sciunt sese tanto modestiores gerere  
 70 debere, quanto sunt plurium commodis et profectibus destinati, et obsequio charitatis ac fidei deuincti. Debetur ipsis honor, reuerentia, timor, obedientia, ac sustentatio a subditis: ipsi uicissim obligantur amorem, fidem, curam, tutelam, sollicitudinem, instructionem, consolationem, regimen, coërcionem a malis, et discolis poenam. Nec obmittendum negligentius, quod non prece, pretio et instantia, sublimitas sit ambienda, uel regimen  
 75 aliorum, sed constitui oportet ab aliis, nihil nisi subditorum bonum respicientibus, neque sine consensu eorum, si tamen rationabiliter sibi consultum cupiant, et non omnem malint subterfugere disciplinam, ut non tam seruitus habeatur, quẽ administratio disciplinae. Vt placidam et quietam uitam agamus.) Annitendum omni studio regibus, ut populus beneuolenter et cum gaudio, non ex tristitia obediat, sed placide, sincero affectu, sine  
 80 murmure et displicentia, si fieri possit, et sine uiolentia: ut sint omnia sine tumultu, odio, seditione et rebellione. Sed Christiana pace, tranquille conuersentur, ut fratres ac domestici discipuli Christi, pacifici, modesti, mansueti et humiles. Haec est enim uita felicissima, planeque beata, et Christiana charitate iucunda. Cum omni pietate et honestate.) Faciunt haec duo perfectam quietem, si scilicet deum nostrum colamus  
 85 fide, spe et charitate, ut totos nos committamus ei ut patri: et omnia quae occurrunt, patris prouidentia et pietate nobis euenire certo credamus. Tunc enim murmurabimus nunquam, temere non iudicabimus illius iudicia et dispensationem, sed ut sunt omnia optima cordis pace, ut patris pietissimi beneficia amplectemur. Castitas hic pro omni morum grauitate accipienda, ut honestas. In conuersatione enim ad proximum, morum  
 90 honestas et comitas admodum nos commendat fratribus. Cauebit quisquis huiusmodi est, offensam et odia, perpetuam autem tranquillitatem fouebit et amicitiam, quae inter

inhonestos ac morosos aut leues personas diu constare non potest.

*Hoc enim bonum est, et acceptum coram saluatore nostro deo, qui omnes homines uult saluos fieri, et ad agnitionem ueritatis uenire.*

Quieta conuersatio nostra, et tranquillitas huius uitae in simplici obedientia, etiam ethnicis regibus exhibenda docetur, ut ecclesia careat dominantium mole stia, neque  
 95 grassentur, ut magis opprimant, ne irritentur contra nos et euangelicam doctrinam, non scandalizentur nostris moribus, non ansam arripiant mouendi persecutiones, et blasphemandi nomen Christi. Cedit enim in gloriam religionis Christianae, imo domini dei nostri, qui per filium suum saluauit nos, si pacifice, mansuete ac sedulo dominis obsequamur, subiecti omnibus in timore del, osten

COMMENT. IN I. EPIST.

100 dentes facto, optimi dei optimas leges scriptas esse in cordibus nostris. Vt ex bonis operibus nos considerantes, glorificent deum, si quando respectu misericordiae a deo fuerint uisitati, et corde pio religiosoque donati, dominumque deum nostrum ex fidelium religione cognouerint, nobiscumque ; uenerari inceperint, orationibus nostris interim domino commendati, et exemplo acquisiti. Omnes, inquit, homines uult saluos fieri.)  
 105 Est enim dominus deus summe bonus, nihil eorum odiens quae condidit, neminem uult perire. Adest sua gratia omnibus, ut ueniant ad agnitionem ueritatis, quam per propheticas euangelicas et apostolicas literas, communem fecit omnibus. Vbi denuo coniunctio. Et expositiue sumenda uidetur, ut nihil aliud sit uelle saluos fieri, que ad agnitionem diuinae uoluntatis perducere, ut agnoscere ueritatem sit fieri saluum. Ipsa enim ueritas liberat a peccato, si illi credatur. Denique uocauit omnes, annunciat omnibus, Christus pro omnibus mortuus est, omnes ad se trahit beneficiis, pro omnibus tradidit semetipsum. Contemptores autem dei et negatores non computandi ueniunt inter omnes, sed rediguntur in nihilum coram deo. Si itaque sermo incidat, Quare non omnes beatitudinem assequantur, leum omnes homines uelit saluos fieri ? Responderi potest, Quare non omnes capiant gratiam, quam sibi porrigi nemo ambigit? Quare non credant uerbo dei omnes? Quare nemo etiam cogi uelit ad bonum suum, nec debeat  
 115 ? Nec se quisquam excusare potest de ignorantia, deque tractu instinctuum bonorum in conscientia, qui non cessant. Quod si gratiam sequendi quis abesse causetur, non tamen eam optare ac petere se non posse uere dicet. Domino autem dicente, Petite et accipietis. Is re uera non nihil recipiet, qui sedulo dominum fuerit deprecatus. Vltima tamen responsionis anchora tandem erit, uoluntas dei, quae regula est iustitiae, cuius non sit inquirenda ratio, qui et nobis nihil obligatur, et bonorum nostrorum non eget. Voluntate signi et antecedente, uult omnes saluari, dicunt Theologi post Augustinum, et distributione accommodata euadunt. Denique agnitio ueritatis, sensus est Christi, qui  
 125 ueritas est, qui euangelium praedicauit mundo, qui ueram fidem ac uiuam, portum salutis statuit, et iustitiae summam. Lux mundi est, qui illuminat omnem hominem. Humanae scientiae, et ueritas intellectus naturalis, ad salutem inutiles sunt, et mendacium dici possunt. Christum autem scire, sanctorum est, ideo stultus in hoc mundo fiat, qui uoluerit fieri sapiens in deo et saluus.

[ p.482 ]

*Vnus enim deus, unus et mediator dei et hominum, homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus.*

130 Breuis hic expressa est summa fidei Christianae, et ueritatis irrefragabilis, cuius solius  
cognitio firmiter persuasa, salutem operatur hominibus. Si, inquam, non simplici id  
notitia sciant, sed potius uera sapientia: qui scilicet sic norunt, ut sapiant q̄ suauis sit  
dominus. Hunc ergo tenorem fidei, et breuissimam regulam, simpliciter et breuibus  
135 discutiamus. Vnum esse deum religiose cognoscitur, quum praeter eum qui omnia  
condidit, nihil aliud, ut alicubi summum bonum desideratur, colitur, amatur, antefertur,  
uel confertur nihil. Non scilicet uenter, non caro et sanguis, aurum, honor, laus, et totus  
hic mundus. Omnia haec postponuntur, non tantum uerbo et lingua, ut facile possunt  
hypocritae, sed corde et sensu. Dum illud unum semper intendimus et attendimus,  
propter illud omnia agimus, non circa plurima occupamur et distrahimur. Hoc est uere  
140 agnoscere unum deum, praeter eum nihil desiderare, quod non propter illum uelimus.  
Vnus mediator.) uel conciliator. Secundus fidei huius breuissimae articulus est, credere  
et scire

## AD TIMOTH. CAP. II.

[ p.483 ]

Christum esse unicum mediatorem, quem pater coelestis statuit inter se et nos, ut cum  
essemus peccatores, et a deo proiecti et inimici, per Christum reconciliemur. Hic omnes  
145 homines peccatores esse, et reconciliatione egere ad deum, manifeste docetur, qui ut  
aduersarii et hostes, deum offensum sibi patiuntur, et abiectos esse damnatosque ex  
primi hominis transgressione significantur, sola Christi gratia conciliandos: et non  
id solum, sed et filiationis et haereditatis ius accepisse per Christi mysterium, et in  
Christo omnia bona, ut nostra sint, quae sunt fratris nostri. Vnus autem, non multi  
150 mediatores uel conciliatores docentur: unus enim Christus, unus saluator. Non ergo  
praeter eum interponendi sunt alii, quantumlibet sancti et pii homines, omnes enim  
peccatores sunt, et gratia dei indigent. Solus Christus suapte innocentia, dignitate et  
meritis proprie dictis, non ex gratia, nos peccatores conciliat patri, pro officio suo quod  
a patre accepit. Omnia denique pater dedit in manus filio unigenito, ad illum nobis  
155 currendum, quoties quomodo cunque urgemur, qui fons est pietatis, et fidelissimus frater,  
qui sese pro nobis totum obtulit, in acerbissimam simul et probrosissimam mortem  
crucis, non nisi ex maxima charitate et fide ad genus humanum. Non est ergo ut eum  
ueluti morosum nobis promereamur, sanctorum aliorum quorumcunque intercessionibus,  
benignior nobis est, quam omnes sancti esse possint, quantumlibet charitate fulgentes.  
160 Solus pro nobis mortuus est, et nos toties inuitat, pulsat, expectat, hortatur, allicit, rogat,  
et cogit aliquando. Venite, ait, ad me omnes etc. Venite edite absque argento etc. Audit  
nos semper per suam sibi soli propriam omniscientiam, adest per immensitatem, qua  
patri consubstantialis est: intendit singulis perfectissima charitate, quandoquidem sui  
sunt omnes: non distrahitur multitudine curandorum uel saluandorum, omnia nostra  
165 nouit melius quam nosipsi, quibus egeamus considerat, nobis dormientibus. Praecepit  
seriose, ut in solo suo nomine precaremur patrem. Honorem hunc gloriosissimum suum  
alteri prorsus nulli cedere potest: nec patitur communem ab aliis usurpari unigenitus  
filius. Homo, inquit, Christus Iesus.) Mirum quomodo dubitauerunt hominem non  
fuisse quidam haeticorum, qui sacras literas non negant, et hanc epistolam, qui hic

170 simpliciter homo dicitur. Caro enim et frater noster est, tentatus per omnia, absque peccato, et pro nobis hominum nouissimus sese exhibuit, ac uermem nominauit, ut hominem perditum redimeret. Et primogenitus quoque dicitur ex multis fratribus, ut chirographum peccati deleteret per crucem, uere pro nobis mortuus est, utque homo esset, qui pro humano satisfaceret genere. Christus Iesus, unctione sua consecrans omnes  
 175 gentes, et Christianos faciens sua gratia, et spiritus sui unctione: passione quoque sua saluans gentiles et Iudaeos, faciens utraque unum. Qui dedit semetipsum redemptionem.) Obtulit seipsum in remissionem omnium peccatorum, sacrificium seipsum perfectum et maximum, omnium quoque praecedentium sacrificiorum finem et scopum, proque nobis captiuis commutationem sufficientissimam. Non raptus est ad iudicium mortis inuitus,  
 180 sed sua sponte obediuit, et seipsum obtulit pretium deo patri, pro salute humani generis, et reconciliatione perfecta. Cum essemus inimici, et tales inimici, ut etiam eum nos ipsum crucifixerimus, homines scilicet, pro quibus se pretium et satisfactionem mediator obtulit. Nec dicamus, non esse nos posteros Iudaeorum, qui hodie quoque in glorificatum dominum nostrum et regem simile facinus non refugeremus, simili occasione permoti,  
 185 qua Iudaeorum primores, quibus meliores inter nos non ita multos inuenire licebit, quin et acerbius ipsum iterum nostris uitiiis crucifigimus. Pro omnibus.) Exposuit ac tradidit se in mortem pro omnibus, nemo nisi nolens saluari, relinquitur. Sufficiens

## COMMENT. IN I. EPIST.

[ p.484 ]

fuit, et satisfecit deo patri pro omnibus, nihil obmisit de suo, quo minus omnes redimi potuerint, et hodie possint. Excusatio nulla nobis relinquatur, qui plane scimus quid  
 190 uel facere, uel desiderare, uel quae obmissa dolere, uel non indolentiam deprecari, et humiliter agnoscere debeamus, proque fide huiusmodi et charitate deum orare. Quis haec non se posse nisi contumax uere fatebitur? Ad hanc ueritatis agnitionem, si quis illuminante deo peruenerit, ut agnoscat ac credat certa fide, unum suum deum, et conciliatorem unicum, et sibi deuotissimum dominum Iesum Christum, quodque seipsum  
 195 dederit ex maxima gratia redemptionis pretium pro omnibus credentibus, sine dubio saluus erit, perfectus fidelis habebitur, et Christianus coram deo et Christo suo. Quae illi fides reputabitur ad iustitiam, sicut Abrahae. Hanc breuissimam summam totius noui testamenti et euangelicae doctrinae, dum olim apostoli praedicarent facile orbis attrahi ad credendum poterat, idolisque abiectis, Christiana religione imbui. Cum nondum  
 200 tam incredibilia obruderentur multa, qualia interim praeter sacram scripturam fidelibus, de plus quam bis duodecim articulis neotericae fidei imponuntur necessario credenda, de Papatu multa, de indulgentiis, purgatorio, diuis, et diuorum intercessionibus, miraculis, delectu ciborum, excommunicationibus, confessionibus, casibus episcopalibus, uotis, peregrinationibus, Conciliis, sacramentis, impedimentis, Missis, horis canonicis, ceremoniis, festis, ordinibus, imaginibus, monasticis regulis, dispensationibus, fraternitatibus, consecrationibus. Et quis ea numerare possit, quibus hodie grauantur conscientiae piorum, et impiorum conuersio non iuuatur? Quorum nihil continetur in Symbolo apostolorum uel canonicis scripturis, imo nec priscis sacrosanctis sanctorum  
 205 patrum conciliis: de quibus multa scribi possent, sed sufficiunt quae nunc passim leguntur. Nobis abunde iamdudum suffecit uerissimum diui Hieronymi dictum, Quicquid (credendorum et necessario agendorum) de sacris scripturis non producitur, eadem

facilitate contemnitur qua probatur.

*Cuius testimonium temporibus suis confirmatum est, in quo positus sum ego praedicator et apostolus. Veritatem dico, non mentior, doctor gentium in fide et ueritate.*

Ad hoc Christus ueniens sese patri pro nobis obtulit, ut suo illo tempore toti mundo testaretur diuinae charitatis erga genus humanum beneficium, dudum promissum patri-  
 215 archis ac prophetis, in redemptionem omnium hominum, ut credentes per eum saluentur. Noluit enim occultum esse, quod sacrificiorum figuris et propheticis promissionibus in ueteri testamento uoluisset tam multis testatum. Quin et ego Paulus ad hoc nostrae redemptionis euangelium praedicandum assumptus sum ab eodem Christo domino, seg-  
 220 regatus ac electus post alios, ut toto orbe gentibus hoc praedicem, et hanc dei tantam gratiam adnunciem. Nuncius missus a Christo et apostolus, quanquam cum Christo non uixerim, ex misericordia tamen sua me conuertit, ex persecutore et blasphemo in apostolum ac ueritatis doctorem ad omnes gentes. Veritatem dico, non mentior.) Modestissime iurat, quod notorium esset, et negari non poterat. Celebris, inquit, fama iactatur insaniae meae, cum spirans minarum et caedis in discipulos, subito in multorum  
 225 comitatu e coelo uocatus sum, et a Christo conuersus. Deinde cum Barnaba a spiritu sancto segregatus in gentes, attestatione non modica miraculorum, profectu praedicationis maximo, a Iudaea incipiens per Asiam, usque ad Illyricum omnia repleui euangelio Christi. Non potest esse dubia apostolatus mei uocatio, et quod me Christus

#### AD TIMOTH. CAP. II.

gentium doctorem dederit, testantur signa apostolatus mei: qualem denique me gesserim  
 230 in gloriam Christi, non in meum compendium aliquod temporale, nihil miscendo doctrinae, quam in me Christus non fuerit loquutus. Omnia sine hypocrisi et figmento, dextre ac plane ueraciter tradidi, ut accepi a domino. Doctorem se nominat, non in Vniuersitate, ut loquuntur, promotum: non enim Aristotelem audierat antea, et parua logicialia, sed spiritu sancto promotus, docebat sine inter missione uerbo, exemplo et  
 235 scripturis, non tam nomine doctor q̄officio, assiduoque docendi studio. Tales etiam non sic promoti, doctores erant Origenes, Augustinus, Hieronymus, et similes. Quanquam eruditionis et fidei testimonium habere, et factis consequi non fuerit inutile, sed sine quaestu, fastu et hypocrisi: utque professionis suae specimen ostendant studio, fide et exemplis, uerbo et facto, non serico uel annulis, ne inter comessationes et pocula pro  
 240 gratia nummorum, et personarum respectu, officium et autoritas docendi in ecclesia commendetur indignis, cum fide et ueritate doctores agant, ut scripturis canonicis edocti, fidem fideliter doceant, sine permixtione falsorum dogmatum, quae respiciant sensus carnis, ambitionem honoris, et quaesitum.

[ p.485 ]

*Volo ergo uiros orare in omni loco, leuantes puras manus, sine ira et disceptatione.*

Docuerat orandum pro consequenda uitae tranquillitate in hoc mundo, et ut ad agnitionem  
 245 ueritatis omnes peruenirent saluandi. Nunc uiros docet ac mulieres instruit, quomodo orandum, et de aliis necessariis, incidenter et obiter, foeminarum mores instituendo: primum autem uiros, Quos, inquit, uolo orare in omni loco. Nondum apostolorum

temporibus Christianis erant amplissima templa, sufficebat locus profamilia quacun-  
 , longo tempore in criptis praedicatum: ubicunque ecclesia erat, duo scilicet aut tres uel  
 250 plures, ibi locus orationis et praedicationis, in cubiculis, in agro, in nauis, in montibus ac  
 syluis: ubique orationis locus, ubi spiritus sancti templum consecratum habetur, quod  
 sunt fidelium animi. Idipsum docuit ueritas Christus, Cum, inquit, oraueris, ingredi  
 cubiculum, et ora patrem in abscondito. Multi hodie asueuerunt, ut non nisi in ecclesia  
 orare ualeant, et exaudiri credant: si tamen uere orant, et non potius multa sensuum et  
 255 mentis distractione adnumerent potius uerba, quae ut corde, affectu feruoreque spiritus  
 subleuentur in deum, in considerationem fragilitatum, defectuum ac miseriarum, quarum  
 consideratione legitima oratio sit promouenda. In omni, inquit, loco.) Consecratus est a  
 deo mundus totus, et homo orationi. Vt non in templo Hierosolymis, nec Romae, sed  
 in spiritu et ueritate sciamus orandum. Id quod Christus docuit dominus, quique se  
 260 sic orantes exauditurum promisit. Caetera diuinae potius prouidentiae committantur.  
 Leuantes puras manus.) Non lotas, Pharisaeorum more, sed puras ab omni uiolentia,  
 a sanguine innocentum, a munerum acceptione, usura, furto, a foedis libidinisque  
 contactibus, et ab omni malo opere. Nec uult Paulus extendi manus pharisaico more,  
 sed desiderantium ex petitionis ardore. Non obsunt, sed prosunt quaedam ceremoniae  
 265 orantibus, sed non nimiae, et quae mentis distractionem uel hypocrisim mouere possint.  
 Sine ira et disceptatione.) Vbi docet nihil a deo postulandum, nisi prius orans proximo  
 conciliatus sit charitate Christiana. Solet uirorum animos occupare furor et ira, ut  
 superbia mulieres, incontinentia ac liuor. Ira autem charitati contraria, orationi locum  
 omnino praecludit. Non ignoscit deus nobis, nec dona pietatis largitur, nisi peccantibus  
 270 in nos antea indulerimus, nisi fratri offensam remiserimus, et ex animo dilexe

## COMMENT. IN I. EPIST.

rimus propter deum.

[ p.486 ]

*Similiter et mulieres in habitu ornato, cum uerecundia et sobrietate ornantes se, et non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, uel ueste pretiosa, sed quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona.*

Mulieres Apostolus docet post uiros, de idoneis earundem moribus, ne de forma su-  
 perbian amictu uel ornato, quod agnatum mulieres patiuntur et gaudent, alioqui non  
 pessimae, imo et bonae, castae ac prudentes, quae de speciei ornatuumque cura uix sibi  
 275 praecipere possunt. Admittit quidem Paulus, ut habitu ornato sint pro ingenio muliebri,  
 non denique sordido amictu, uel nimium neglecto, quo abominatio sint maritis, et occasio  
 forsitan exterarum adamandi, sed modum praescribit, ut decet castas, uerecundas, et minime  
 irritatrices libidinis. Munde quidem, eleganter ac honeste uestiantur, hoc est, ne nuditate  
 et ornato superfluo, pretioso uel curioso meretricibus assimilentur, appareantque affectu  
 280 placendi in publico, maxime uero in coetu uel ecclesia, quod Christianis maritis nec  
 placere potest neque debet. Ornentur autem legitimis monilibus, uerecundia scilicet et  
 sobrietate, ex uultu, oculis, incessu, uerbis, subindicando moribus ipsis, inuitas sese  
 offerri uirorum aspectibus, nolle ab aliquo desiderari ad malum, malle semper tegi,  
 et aegre uidere uiros, multo molestius uideri. Quin et propter maritum uerecundia non  
 285 nudentur: gratiosissimum enim ornamentum uerecundiam habet, quisquis est maritus

sapiens et probus. Sobrietate.) Nulla uinolentia aut crapula aliquatenus notetur mulier, quae lubricitatis et libidinis certi sunt testes, teste Hieronymo. Quae et impedimenta praebent foetibus optatissimis, insipientiae et garrulitatis uitia secum adferunt, mendaciorum et litium matres, nihilque secretum seruaturae, seminaria malorum. Nascitur e  
 290 sobrietate castitas, ut sunt sorores, continent inhonesta desideria, et libidines impediunt. Ornantes se, non in tortis crinibus.) Non compositione capillorum, et implicatura argenti et auri, non adulterino colore, uel cerussa fucoque peregrino, quibus iniuriam inurunt formae naturali, magis autem uirtutum exercitiis ornentur. Non auro aut margaritis.) Non onerent impensis maritos, colligant potius, et in thesauros reponant pro haeredibus, uel  
 295 certe sanctius subueniant indigentibus, in opera pietatis uerae conseruent. Non addant superbiae naturali fomenta luxuriae, non certare foeminae uicissim optent de sumptibus, sed de modestia, sapientia et maturitate: pretium margaritarum et auri felicius expendetur in pauperes. Veste (inquit) non uestibus: quandoquidem superfluae uestes Christianos dedecent, et excusari non possunt, etiam in diuitibus. Non ad luxum amiciantur, sed  
 300 ad honestatem et necessitatem. Vnica quidem non sufficit, sed superflua non decet, pretiositas intolerabilis. Scandalizat, irritat, zelum suscitatur et exemplum, extenuat rem familiarem, difficile defenditur a tineis, et non sine negotio curatur ac sollicitudine. Sed quod decet mulieres profitentes pietatem, aemulentur diligentius. Propensiores ipsas foeminas natura constituit ad cultum dei, ad multas ceremonias ac superstitiosas. Has  
 305 discant non esse pietatem, frequentare ecclesias, gestare oratoria uel corollas, preculas mussitare, admirari cantus, et organis delectari, aspicere picturas idolorum, inclinari, incendere cereos, aqua conspergere sepulchra et seipsas. Haec quidem pietatis signa habita sunt iam dudum etiam apud ethnicos, sed minime sunt pieras, prorsus autem uersa sunt in impios usus. Pietatem magis profiteantur fideles foeminae et uiri, recordatione  
 310 suorum peccatorum, suspiriis pro gratia et indulgentia, emendatione morum, et sancto proposito, attentius auscultari uerbis di

## AD TIMOTH. CAP. II.

uinis, audita meditari et ruminare, ut deinde liberis ea domi recenseant ac inculcent, ne quid aduersi uerbo dei admitti sinant in pueris, nec exemplis propriis in citent ad  
 315 irreligiosa uerba uel opera, idque a tenera aetate et primis annis, nondum deprauatis animis. Orationes breues, sed feruidas dicant ex consideratione necessitatum profundas, et ex animo humiliato: non multas, nec toties repetitas pro more et praefixo numero. Non enim quantitatem precum iuxta numerum et tempus, sed qualitatem deus exigit et deuotionem. Offerant monetam probatam charitate, non loquacitate: domi orent, familiae prospiciant, marito obsequantur, et auxilientur in cura familiae. Caueant ab  
 320 aspectu inuerecundo et uago. Lumen non lapidibus uel mortuis accendant, sed operi necessario, utili ac tenebris. Fides sine aquarum aspersione suffecerit. Pro omnibus istiusmodi exercitiis arripiant bona opera. Haec autem sunt, ut ministrent liberis, marito, familiae, uicinis, pauperibus, praegnantibus, parientibus, puerperis, infirmis, domui incumbant ornandae, lauandae, purgandae, prospiciendae die noctuque, iuxta Salomonis  
 325 canticum. Omnia autem haec in fide peragant, persuasae certo talia deo placere, esseque ipsissimae pietatis officia, et opera a deo imposita, obedientiaeque sanctae merita, et fructus optimi. Si quando uacat, maxime autem feriis, lectioni incumbant, pueros

[ p.487 ]

ididem doceant, moneant, corrigant, et a malo exemplo in uerbis et operibus solícite sibi temperent.

*iulier in silentio discat cum omni subiectione. Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in uirum, sed esse in silentio.*

330 Viris quidem permittitur, imo iniungitur ut in coetu, quae de auditis non intelligunt, inquirant a senioribus et presbyteris in ecclesia docentibus: et si quid eis sedentibus spiritus reuelat, loquantur cum modestia et sine disceptatione, ad profectum ecclesiae. Non prohibetur a uerbo ueritatis proponendo uir qualiscunque scripturas quacunque in lingua, sane intelligens. Voluit enim Paulus, ut passim quini aut seni pariter prophetarent, 335 etiam intra ecclesiam. Cantica autem et organa psallentiumque clamores, ac tumultus inconditos, et studium assiduum canendi non docuit. In cordibus psallere, et spiritualibus hymnis domino laudes dicere, et canere mente, non tantum spiritu, hoc est sono, Christianos omnes docet. Mulieres uero in ecclesia sileant, domi uiros interrogent, si quid descendum fuerit, et in silentio: ne sensu suo abundare contingat, et litigare incipiant, 340 uerbis et sensu proprio sibi complacentes. Docere mulieres non permitto, Paulus inquit: non ego ausim huic sententiae uerboque adiciere, in coetu uirorum, eatenus ut liceat foeminis docere in ecclesia foeminarum: sensu enim infirmae sunt, et non satis stabiles. Sed uiros presbyteros senes annis et moribus habeant agmina foeminarum, a quibus publice huiusmodi congregatio instruat. Nemo uero negauerit, aliquot nonnunquam 345 foeminas conferre posse laudabiliter et debere quoque de auditis ac praelectis. Et legere sacra scripta piorum doctorum etiam poterunt in coetu foeminarum, sic tamen ut intelligant, et non ignota in lingua. Verum sine intellectu orare, legere, canere, psallere, opus est sine omni fructu ac laude, maxima et perniciosa temporis perditio, et operum uel piorum uel alias utilium grauis iactura, qualia introduxit in ecclesiam sola pigritia 350 ignorantiaque et superstitio monachorum, Olim et in Italia et in Germania quoque, uel teste Hieronymo, doctae erant sanctimoniales, quibus lectiones et cantica Latina lingua seruire poterant, et deuotioni conferre. Hodie in Germania et Gallia nihil intelligunt eorum quae iactant, uel sine iudicio aliquantulum suspicantur: quas non tam obedientia, quam hominibus et stultis monachis promittunt, excusas, que dementia culpar. Quid 355 enim

COMMENT. IN I. EPIST.

inutilius institui poterat? quid stultius excogitari, quam ut tantundem temporis die noctuque expendant infelicissimae muliereulae in recitationibus, imo laboriosis cantibus uerborum, nihil prorsus illis significantium? Reliquum autem temporis ab huiusmodi tam molesta operis fatigatione, otio et remissione resolui et deperdi, ut omne earum 360 tempus longe sit illis infructuosius, quæ somnium iners: interim tamen sibi de cultu diuino uehementer complacent, iactant merita gloriosa, quae et datis literis et sigillis uenditant benefactoribus: nec se patiuntur aliquatenus ab huiusmodi institutis diuelli. Loquimur nunc de eis monialibus, quae optimae habentur et religiosiores, misere deceptis a stultis monachis. Qui curae suae demandatas mulierculas, fidelius regere, et secundum 365 canonicas scripturas docere, de domini dei sui certissima uoluntate, et de mandatorum illius obseruantia, qua domino seruuli seruire deberent ac possent. Quis enim domini sui

[ p.488 ]

seruitium seruus iactare potest, dum obmissis eis negotiis quae dominus prosequenda serio iniunxit, illis potius incumbit quae minime iussit, et suapte natura charitati non prosunt, quae est finis legis. De eis monialibus, quae sine disciplina uiuunt genio, 370 miror quid mundus cogitet quantumlibet malus, et quid cogitent parentes, dum filias sic prostituunt miserrime, idque titulo diuini cultus, ubi tantum carni seruitur, et stolidis monachis confessoribus. Haec et similia maiore querela opus habent, quam ego ualeam consequi uerbis quibuscunque . Nec dominari in uirum.) Id enim foedum marito est et ridiculum, ac fomentum superbiae uxoribus, uirique' contemptus. Monere quidem 375 maritum potest et debet, rogare, blandiri, et uincere malum in bono: interim tamen esse in silentio, parce loqui et breuiter, cum reuerentia ac timore: illico a uiro monita tacere, taceat: irato marito non respondeat, tempus captet opportunius: semel non crebrorepetat quae dicenda uiderit. Lingua mulieribus tanto diligentius moderanda est, quanto natura propensiores sunt ad cauilla et multiloquium. Nec circuncursari eas delectet per alienas 380 aedes, non com morari in plateis, non foris plurimos ac in triuiis miscere sermones, domi agant potius cum silentio.

*Adam enim primus formatus est, deinde Eua: et Adam non est seductus, mulier autem seducta in praeuaricatione fuit.*

Ne quopacto superbiendi ansam mulier sibi uendicet dominandi uiro, admonet Apostolus ut meminerint suae originis, quam a uiro sumpta accepit: qui primo conditus a deo, natura quoque perfectior, absolutior, sapientia clarior, et ad seductiones intentatas 385 cautior atque fortior erat. Quo sopore merso, ex costa illius Eua diuina uirtute formata est: ut unum corpus de uno corpore, et os ex ossibus prodiens, amoris uinculo arctius astringerentur. Adam quidem prior uirtute et tempore, Eua posterior utroque: ideoque duci ea, instrui, parere et sequi debet, agnoscere se dei ordinatione subiectam. Adam non fuit deceptus, non eum serpens aggredi primum audebat, qui eum fortassis 390 minime decepisset sapientio rem foemina: non fefellisset tam impudenti mendacio, non ambiuisset excellentiam, non colloquium tam friuolum tulisset, nisi in gratiam mulieris consortis, amicae. Cui cum haec placere uideret Adam, delicias suas contristare non poterat, sed acquieuit, roganti mulieri attendens, oblitus praecepti uel negligens. Mulier autem seducta mendacis, inuidia, dolo, blasphemia diaboli, permissione ac dispensatione 395 diuina, nedum iusta, sed iustitiae originem nacta, qua proficere homo debuisset et progredi gratia dei praesente, acceptoque praecepto, retrocessit ipsa Eua, transgressa mandatum, et uerbis dei non credens, sed infidelitatis primum peccato su

#### AD TIMOTH. CAP. II.

perata, superbiaque et auaritia, gula et luxuria decepta est, et uiro insuper insidiata, blanditiis et instantia uicit, et in praeuaricationem traxit, ut pariter cum ea coeperit 400 dubitare, si uere haec praedixerit uxor, scilicet imminere mortem, quam post gustum uideret superstitem ac uiuentem, ut et ipse peccaret. Cui semel seductrix facta, posthac directricis et doctoris munus ac officium praesumere et praestare nunquam fuerit. Semel tam perniciosae suasioni consentiens Adam et seductus, meritosuspectam habuit omnem mulieris imormanem et igemuim; ex ipsa experimento sumpto fragilitatis et

[ p.489 ]

405 insipientiae, cum perfecta esset, nunc bis misera et sui admonita, praesumere doctrinam non audeat solidae uernalis et sapientiae.

*Saluabitur autem per filiorum generationem, si permanserit in fide et dilectione, et sanctificatione, cum sobrietate.*

Subdita quidem mulier sit uiro, et se humiliter gerere studeat inter uiros ac pudice, in ecclesia quoque nihil praesumat, agnoscens mentis imbecillitatem et inconstantiam, ut sibi docendi munus in ecclesia non arroget. Verum neutiquam ob id contemnenda  
410 est uiro, quam per fillorum et liberorum generationem beatam fecit dei munificentia, et insigni munere illustrauit. Quid enim admirabilius generatur in rerumnatura, ubi omnia tam sunt miraculosa, quam in utero soeminae: non tantum humanum corpus, sed et anima immortalis et rationalis creando in funditur, et infundendo creatur ?Cuius generationis, nutritionis, educationis pariter et instructionis officium dominus in matrem  
415 contulit et mulierem, incunabulaque tradendae pietatis et profectus matribus commisit circa prolem:ut sicut lacte pascunt corpusculum, sic solido cibo nutriantur a uiris: in fide ac sacris dogma tibus uiros foeminae perfectos audiant ac sequantur. Curet igitur liberorum mater, ut in ea quam a teneris unguiculis a se fidem et dilectionem des imbiberunt filii, in eis permaneant, iugiter inculcando fidem et timorem dei, ut sancti  
420 sint moribus, ab omni criminum contagione perpetuo sibi caueant. Carni et sanguini non indulgeant, dei mandata quibus eos mater edocuit, semper memoriter cogitantes, ut sancti sint et permaneant corpore et spiritu. Sobrietatem in primis soli cite curent, ut cibo, potu, somno, otio, lusibus, indulgentia, sodalitate, non nimis nec periculose incumbant. Potius autem matres studeant liberis persuadere, quos domino genuerunt et proximis,  
425 fidem, dilectionem, sanctimoniam, pudicitiam, sobrietatem in uerbis et moribus. Ad hoc necessarius est foeminis matribus rerum illarum usus et studium, ut puellae didicerint quod matres docere possint: perniciosissima itaque negligentia est, si uirgines insolentius educentur, si sine timore dei, uerecundia, modestia, pudicitia, sobrietate et religione succrescamnt. Quomodo enim docebunt, quod nunquam didicerunt ? Quid sperandum  
430 de uxoribus, quae insolentia puellari deprauatae sunt, ut nesciant quid sit uerecundia uel honestas?

CAPVT III.

**F***idelis sermo.*

Quae tibi dilecto filio meo ad populum in ecclesia docendum scribout Christi apostolus, et tibi in eodem pater filio meo scribo, certissima habeas: et ea quae tam nunc tibi dixi de uiris et mulieribus, q̄ nunc scribenda cogito, scias a domino reuelata atque fidelia. Christi domini doctrinam esse, qui in me loquitur, non hominum uerba, id est mendacia.  
5 Nihil ex me loqui in ecclesia audeo, non opiniones ac fabulas comminiscor, fidelis dixi omnis dei sermo et efficax, quem mihi disseminandum credidit in orbem fidelibus.

*Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.*

## COMMENT. IN I. EPIST.

[ p.490 ]

Graece  $\epsilon\upsilon\kappa\omicron\lambda\omicron\tau$  et, superintendens, obleruator, speculator et cultos dicitur, cuius officium  
 episcopale est, pascere gregem Christi uerbo salutis, et pascuis doctrinae apostolicae  
 atque canonicae. Scire utrunque testamentum, uetus ac nouum, gestare sollicitam curam  
 10 animabus Christo lucrificandis, procurare totius ecclesiae bona in spiritualibus, et a  
 malis obseruare, inuigilare contra errores doctrinae et morum, haereses uerbo dei extir-  
 pare, plantare pietatis doctrinam, uisitare episcopatum suum, ut pastor gregum caulas:  
 infirmos consolidare, agnos aegrotos sanare, concontractos alligare, errantes reducere, pere-  
 15 Israel: iudicare inter pecus et pecus, opponere se bestiis pro ouibus, inuigilare ut secure  
 dormiant in saltibus, quibus Christus pastor summus circumposuit benedictionem. Qui  
 ergo episcopatum desiderat, huiusmodi exercitia praestare posse se sciens, uult quoque  
 conferre in ecclesiam, is certe opus bonum desiderat, ex charitate, propter deum, et ut  
 beneficiat multis a domino sibi commendatis. Desiderare autem honorem, eminentiam,  
 20 census, pompam, dominia, luxum, otium, castra, oppida, prouincias, regna, uenationes,  
 et id rerum multa, non est hoc desiderare opus, multo minus bonum opus. Tales hodie  
 sunt, qui ambiunt ac desiderant episcopatus, uenantur, emunt, rapiunt, etc. Tempore Pauli  
 et apostolorum non sic. Nihil hii minus sunt quam episcopi, principes sunt et dicuntur,  
 ac haberi uolunt: et huius mundi principes sunt, satrapae Imperii, quibus priscus adhuc  
 25 placet status, cum essent flamines, archiflamines, primates, ac prouinciarum Romanarum  
 praesides, et saeculorum pontifices apud ethnicos. Qui si animarum saluti, et doctrinae  
 pietatis per occupationes saeculares incumbere uel non possent uel nollent: et, ut nunc  
 fit, non tam episcopi nominari eligerent, quae esse administratores ecclesiarum, saltem  
 30 contenti essent emolumentis prouincialibus, et turpem illum quaestum, honoribus suis  
 iniquum, abhorrent, qualem accipiunt de scortationibus sacerdotum, spurcorum re-  
 demptionibus, et casibus reseruatis: de quibus lucris nemo honestus se notari pateretur.  
 Operam autem sedulam nauarent, ut sub administratione et tutela sua essent, sub praefec-  
 tura sua uel sua diocoesi priuatarum ecclesiarum ueri episcopi, quales hoc loco describit  
 35 Apostolus, quales habuit primitiua ecclesia mul- tos, quorum catholicam doctrinam, et  
 uitae innocentiam, et apostolicos mores illi ecclesiarum principes moderarentur atque  
 defenderent: et honesta prouisione rerum temporalium, non ad ullam superfluitatem  
 prospicerent, in maioribus ecclesiis et minoribus iuxta exigentiam honestatis. Id certe  
 quod facile fieri posset, et sine tumultu uel confusione prouinciarum et imperii, uel  
 40 quorumcunque regnorum. Exonerarentur uel pro tanto, si non pro toto, illi nostri epis-  
 copi, grauissima sarcina conscientiarum suarum, quibus nunquam satisfacere possunt  
 uel uolunt, et interim principes consulerent rebus publicis, et principibus maioribus  
 imperioque, ut hactenus. Et tamen fides, ac morum innocentia, et ecclesiarum pietas  
 minime periclitaretur, ut nunc factum tanto tempore uidemus et dolemus. Quin et omnes  
 45 nos Christiani homines nostro quoque modo episcopi simus necesse est, uel hac parte,  
 ut officium nostrum sit uisitare, curare, iuuare, consolari proximos: unicuique enim de  
 proximo suo mandauit dominus. Qui communitatem curat, custodit, nutrit, docet, fouet,  
 fideliter regit, hic uere est episcopus: nomen est enim functionis et operis, officii et  
 sedulitatis, ac fidei, non honoris et eminentiae: sicut sunt antistes, praepositus, prior,  
 abbas aut praepceptor.

*Oportet enim episcopum irreprehensibilem esse.*

AD TIMOTH. CAP. III.

[ p.491 ]

50 Dicit non sine causa, Oportet igitur: est enim quod sequitur, totum de necessitate officii,  
et apostolici praecepti, imo diuini. Quid hodie facerent, qui corrupte larum suarum  
patrocinium quaerunt, tueriq uolunt praescriptione diu turni tem poris, idque etiam ex  
uerbis dei et scripturis canonicis? si hic uel alibi inuenirent hoc uerbum, Oportet epis-  
copum esse coelibem, etiamsi continere non possit:opor tet eum habere omnes dioecesis  
55 sui decimas, oportet primos fructus illos de qualibet ecclesia percipere, etc. Profecto ob  
uerbum illud Oportet, dicerent esse mandatum diuinum, sub poena peccati mortalis et  
aeternae damnationis oseruandum, Nunc autem quid dicunt ad hoc, Oportet episcopum  
esse irreprehensibilem: non quidem sine peccato, pro quo nemo ab alio reprehensibilis  
sit, qui omnes peccatores sumus, et in multis offendimus omnes: sed ut nihil criminis  
60 impingi possit episcopo, nulla saecularis macula, non aliqua nota infamiae, quo minus  
aptus sit docere, obsecrare, increpare, arguere libera fronte criminosos quoscumque .  
Quis igitur nesciat, optimos quosque hactenus habitos, multosque passim parochos et  
parocianos uiros doctos, benignos, sollicitos, deum timentes, nullo crimine notabi les,  
sed hoc solo reprehensibles uitio, quia continentiae gratiam non acceperant: quorum  
65 qui meliores erant, concubinas assequebantur, ne deteriora contingerent: reliqui uero  
continentiam, quam minime habebant, singebant, interim inardescens ad aliorum coni-  
uges et filias, propter quas et in foro confessionis abos minabilia parabantur. Quomodo  
talis, non dico hoc crimen adulterii, uel scortationis succrescens in ecclesia, acriter  
arguere et punire potuisset? sed nec alia quaecumque crimina, uel semel in ecclesia sic  
70 criminosus libere taxasset. Sunt autem epi scopi, et uere dicuntur, omnes ecclesiarum  
praelati, non solum magnarum, sed etiam minimarum. Habeantur ergo irreprehensibiles  
pastores ecclessarum, innoxii, integrae fama: hoc autem fiet, si qui nunc continuo  
sequuntur obseruata fuerint. Subinde enim multis docet, quomodo possit esse episcopus  
irreprehensibilis, quae et consequenter erunt diligentius annotanda.

*Vnius uxoris uirum, sobrium, ornatum, prudentem, pudicum, hospitem, doctorem, non  
uinolentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum, sed suae  
domui bene praepositum, filios habentem subditos cum omni castitate.*

75 Sancti patres et patriarchae Hebraeorum plures simul habebant uxores, et a domino ueluti  
etiam amicissimi ferebantur, propter ingens desiderium multorum bonorum filiorum,  
quae ut habebatur, sic erat, et promissa fuerat sanctis benedictio domini felicissima,  
secundum hoc saeculum. Christus idipsum nusquam legitur prohibuisse, uel etiam im-  
probasse. Diuinae literae pluralitatem uxoribus nusquam da mnant, nec tamen consulunt,  
80 neque laudant. Hoc autem loco episcopis et diaconis prohibetur huiusmodi uxoribus  
pluralitas. Et cum iam statim praemissum legamus uerbum Oportet, non sine causa  
Chrysostomus periclitatur, ne Paulus exigere uideatur matrimonium ab omni episcopo.  
Nec idipsum abre et leuibus rationibus. Certe primum ut non tententur a satana. Secundo,  
ne infamiam et suspicionem incontinentiae facile incidant. Tertio, ut habita occasione,  
85 discant familiam regere, sicque etiam apti reddantur ad gubernandas ecclesias. Quarto,  
ut hospitales esse possint, et parati ad susceptionem pauperum et peregrinorum, patri-

archarum more. Quinto, ut a studio scripturae sacrae discendae, meditandae et docendae domestica cura minimum distrahantur. Sexto, ut aliae cuiuscunque mulieris non sit necessaria suspecta quaecunque familiaritas. Septimo, quod sunt in domo, nego

## COMMENT. IN I. EPIST.

[ p.492 ]

90 tia non pauca, quae sine foemina expediri nequeant. Ocratio, cohabitatio uiri et mulieris  
extra matrimonium, non potest carere incommodis plerisque, animae, conscientiae,  
famae, et rei familiaris. Vt interim taceam sacrilegum illud et scandalosissimum scan-  
dalum concubitus illorum episcoporum, hoc est plebanorum: quod ipsum liquet probe  
95 consideranti, fontem esse omnis Christianae iacturae, damnationis, infelicitatis et om-  
nium criminum colluuium in orbe Christiano, in omnibus statibus. Quibus abunde  
consultum fieret, si tamen ecclesiae reformationem praelati ferre uolent uel possunt, si  
maritorum lege uiuerent sacerdotes. Inuenirent enim facile (cessantibus impiis legibus  
humanis, et contra uerbum dei facientibus) boni illi paroeciani honestam proborum uel  
100 etiam diuitum (si uellent et expedire uiderent) puellam uirginem, in disciplina nutritam  
a primis annis, castam, fidelem marito, filiis, domui, familiae. Praeesset huiusmodi  
utiliter, et cum parsimonia domui sacerdotis, reponeret pro haeredibus filiis, quae de  
uictu, amictu et eleemosyna superessent: disceret a marito uerba dei, doceret paruulos,  
honoris aliquando consequendi intuitu, et spe uerisimili, prae filiis aliorum promouen-  
105 dorum ad honesta. Esset amabilis omnibus ac honorabilis in ecclesia. Sacerdos eam  
pudice diligeret, et prudenter aleret prolem ex ea, dei beneficio susceptum. Vacaret  
quoque cum tranquillitate sacris et bonis literis, sine trepidatione doceret et cum fidu-  
cia omnem ueritatem. Subditos diligeret, diligeretur a piis, defenderetur a fidelibus,  
corrigeret sine rubore et iusto necessarioque zelo de omnibus, haberet sibi fauorabiles,  
beneficos, promptos, et doctrinae obedientes primores in magistratu, unde mores facile  
110 restitui possent nimium corrupti. Quid multis? Infinita bona consequerentur. Nunc  
autem, pro dolor et pudor, sacerdos parochus quotidie uel frequenter celebrans sacra  
sua, et sacramenta ministrans, publicum autem, ut fit, scortum nutriens de decimis,  
oblationibus, eleemosynis, et pauperum sudoribus, cum uel sine uerecundia, et cum  
grauissimoscandalo, nonne se damnationis mancipium nouit? et certissime secundum  
115 legem domini, et humanas constitutiones sese cogitur impium et sacrilegum iudicare  
? Crimine graui et publico scandalosus, et transgressor legum diuinarum et huma-  
rum. Non uult nec potest dimittere concubinam, nisi alia surroganda infelici mi seria,  
dum statim succedunt ex noua noui filii, et perpetua calamitas, et scandalum intolerabile.  
Orationes suas, quas uocant Canonicas horas, (quia canonicis scripturis ediscendis ac  
120 intelligendis instare, multis horis indies noctuque deberent, iuxta antiquissimas pro-  
batasque sanctiones ecclesiasticas) has, inquam, si dicit, ibi continuo omnia offendit  
contra suam conscientiam, infernum sibi interminantia: cum horrore ergo et nausea  
omnia legit. Odit potius sacrarum studia literarum, otio solo sese ac uitiiis accommodat,  
ut fallat tempus, et taedium superet, infeliciterque consolatur alea, perpotationibus,  
125 et reliquis id rerum. Vritur importunius, grauatur libidine insatiabili ex orio: et quia  
prohibita magis placent, et illicita, tenentur ardentius. Id quoque temporibus facit etiam  
religioni suae consecratis. Sequitur continuo, et nunquam cessat conscientiae uermis,  
uel desperatio infernalis. Fit ex hoc procliuius ad omnia uitia. Coram deo confunditur,

130 coram conscientia, populo et familia. Sacramenta tractat ut impurissimus porcus, sine fide, reuerencia et honore, sed potius cum horrore et perfidia, ad commodum temporale tantum respiciens: tandemque fit totus sine deo, qui apud deum pro populo intercessor habetur, et ob cultum dei nutritur in blasphemiam dei. Quid autem interim huiusmodi sacrificuli tam sordidi agit uel cogitat infelicissima meretrix et concubina ? Filios fortassis generat, si tamen abortum non procurat, ne uel episcopo pretium

## AD TIMOTH. CAP. LII.

[ p.493 ]

135 Ianguinis obligetur, uel a libidine arceatur continuanda. Deserere filios et scortatorem non potest, otio allecta, ac libidine uictus et amictus. Non fert redire ad parentes uel consanguineos: non facile procum inueniet, non maritum assequetur: nouit se despectam omnibus, etiam a filiis propriis: non ignorat facili occasio ne se eiiciendam a sacerdote tali, si libidinosior superuenerit meretrix: miserrimam post obitum sacerdotis, siquidem otio asueta, seruire nolit, et deliciis resoluta non possit: ideo interim sua maxime curat, furatur, exigit a scortatore quicquid ualet, praeparat uestes et multas, et meretriceas, ut post illum uel cum illo aliis placeat, quos et facile admittit, sciens se non propterea adulterarum lege abiiciendam, uel non esse adulteram, quae non est ligata marito. Filios non amat, negligit, non docet, sed ut non suos abiicit et propellit. De  
145 animae suae falute desperat, quam et ludis publicis a rusticis daemonibus persequi, et uenationibus nocturnis patitur et audit iniuriosissime tractari, ueluti ab infernalibus spiritibus. Desperans ergo, relabitur ad turpitudines, et ad uitia fit nimium exposita ac procliuius. Vicinis uiris et mulieribus fit odibilis, rixosa, onerosa et intractabilis, dum se contemni non patitur, dum speciosior et ornatio incedit, quam honestae matronae,  
150 dum irritat sacerdotem contra uicinos, sese quoquo modo dehonestantes, uel etiam negligentes. Filios et filias indulgentius nutrit et fouet: non cohibet insolentes, non uitia redarguit in eis, quibus se sentit refertam ac scatentem. Ingerere se temerarie annititur et effrons primam coetui foeminarum, iactat conditionem uictus sui, otii et libidinum: quae omnia probae matronae et puellae indignissime ferunt. Deinde filii sacerdotum  
155 talium inter tot scandala educantur, ut non sint illis amplius scandala, sed consuetudo prouinciae et gentium, imo ecclesiarum. A parentibus ut illegitimi negliguntur, sine spe consequendi honoris, prorsus extorres ab omni honesta et graui conuersatione. Fiunt sic manumissi rebelles, indisciplinati, blasphemii, rixosi, procaces, lusores, et parentum contemptores: non ferunt disciplinam etiam apud externos, non uerbo, non facto dictis  
160 honestorum praeceptorum obtemperant: ab omnibus despiciuntur ut spurii: nihil facile eis boni et honesti alicubi conuenit, peiores ut plurimum deprehenduntur omnibus coaetaneis: audaces ad omne flagitium, diuinorum omnium aduersatores: expelluntur ante tempus in externos, libertatem captant ad omne nefas, cuius semina susceperunt ex educatione domoque paterna. Haec aetas et nobis posterior uix credet, quae hactenus  
165 infelici temporum deprauatione uisa communiter sunt et perpessa in Germania nostra et alibi. Quanquam non defuerint semper, qui animo coniugali cohabitauerint, honestatis iacturam et ipsi deplorauerint, et prolem, quanquam raro, ad honores instituerint capescendos, maxime per Curtisanos et Romanas merces, tanquam ecclesiae filios, sic enim sunt appellati. Et quid interim populo accidit ? Intuetur miser dei populus et  
170 ecclesiarum uulgus, sacerdotem et pastorem suum speculum abominationis: uerbum

dei, si audit ex illius ore, non credit, contemnit magis, de trahit, blasphematur, sectatur  
 pastorem per abrupta gradientem in praecipitium grex infelix: correctiones non audit,  
 uel non suscipit, ridet potius, cum culpa redarguit doctorem, incalescit magis et feruet  
 ad proprias libidines, exemplo impii scortatoris. Dolum suspicatur in doctrina et uerbo  
 175 dei, subuersionisque imposturam: sancta dogmata non internoscit, sed abiicit omnia:  
 euitat ac declinat ecclesiam, iussis non obtemperat, fidem ueram ignorat, uitia sectatur,  
 uitiam asueta: non fert monitorem quempiam de fide uel moribus. Conscientia nulla fit  
 criminum, uel si adsit, cauteriatur: sicque totus Christianismus perditur et euanescit.  
 Peccatorum confessio quidmirum si obmittitur, tam notorie criminosa facienda Decime  
 180 negantur et

## COMMENT. IN I. EPIST.

[ p.494 ]

clesiis. Ceremoniae ut sordidae propter fordidum ministrum irridentur. Interim male  
 audit ipsum totum sacerdotium, et omnis denique Christiana religio. Verbum et fides  
 contemunt, non praedicat sacra scriptura, non discit, adulterinae doctrinae surrogantur,  
 uitia publica palam defenduntur, excusatur error, scandalum iusti ficatur, piorum ora  
 185 obturantur, exquiruntur ansae et rationes defensionum. Decanorum quoque fauores  
 ambiuntur, redimuntur muneribus, excogitantur grauamina laicorum, exiguntur obla-  
 tiones, aggrauatur stola, quam nominant, quae stus scilicet officiorum sacramentalium,  
 mortuorum exequiae et peractiones commendantur et exiguntur: et pro sacrificiorum  
 multiplicatione et anniuersariis statuendis, purgatorium Vergilianum incalescit. Quan-  
 190 doquidem modicis redditibus et accidentalibus quaestibus haec sacerdotis famula uel  
 familia non ualeat enutrir. Turpe lucrum cupidus episcopus imperat, Diocoesanus  
 uel eius uicarius, censumque auget quotannis. Cogitur talis sacrificulus maiorum de  
 plebe fauores promereri per fas et nefas, quo subsistere in officio ualeat, uel inuitis  
 subditis. Officio suo diuino et Missationi in publica ecclesia et circa aram, assistunt no-  
 195 uellae turpitudinis plantationes, spurii sui filii. Breuiter, exemplum sunt huiusmodi  
 concubinarii sacerdotes flagitiorum omnium, et uelamen malitiae magistratibus et populi  
 rectoribus. Haec, inquam, omnia et his longe plura abominabilia et scandalosa, subin-  
 trodixit nobis infelicissima necessitas coelibatus, et slulra prae tensa religio, contra  
 stimulum calcitrandi, et angelicam puritatem imponendi eis, qui carne et sanguine uelint  
 200 nolint opprimuntur et ardent: paucissimorumque priuilegium perpetuae castitatis, imo  
 uirginitatis, quae iactatur, tot millibus hominum utriusque sexus commune faciunt,  
 reclamantibus conscientia, experientia, et dei uerborum obedientia. Quibus omnibus  
 tot malis abunde consuleretur, si uerbo dei et sacrae scripturae institutis ac praeceptis  
 205 primitiuae ecclesiae Christianae episcopis, ut patet ex Ecclesiastica historia Eusebii et  
 aliorum. Conditor quoque legis dominus omnipotens, et amator hominum, prolem et  
 matrimonium ubique et plurimum commendauit. Patriarcharum nota ex scripturis sunt  
 sancta coniugia, et prophetarum, sicut et apostolorum. Christus toto suo euangelio, inter  
 tot sacerdotum ac scribarum scelera uel uitia, ne semel quidem uxoribus uel pluribus uel  
 210 unius habuit mentionem, praesciuit omnia, et matrimonium commune uoluit omnibus,  
 interdictum autem meretricium et fornicationem. Primitiua ecclesia apostolica hunc  
 coelibatum sub uoto omnino nesciuit. Orientalis sacrosancta ecclesia hactenus ignorauit

et ignorat hodie. Pontificorum indoctorum, superstitiosorum ac impiorum nuper orta  
 tyrannis, haec animarum naufragia subornauit, quibus et ipsimet pereant, satis perspicue  
 215 alicubi ostendentes fructus suae turpissimae puritatis, quo confundantur cum uniuersis  
 suis impiis constitutionibus, quas spiritus sancti et uerbi dei flatu propediem exufflandas  
 ueluti aranearum tela, et conscientiae laqueos minime possumus dubitare, nisi uerbum  
 dei nullum mundus susceperit uel habeat. Cum pusillis clericis hactenus interdicta mul  
 ta fuerint ob quaestum, quod pinguibus pontificibus perpetuum fuit ad luxum. Potuit  
 220 quidem, in summa, uideri priscis quibusdam episcopis commodus admodum coelibatus  
 clericorum. Primo, ut purius uiuerent. Secundo, dignius sacrosancta tractarent mysteria.  
 Tertio, expeditius scripturae operam nauarent. Quarto, terrenis actibus minus inquietar  
 entur. Quinto, ut minus grauaretur populus uel ecclesia sustentatione uxoribus et proliis.  
 Cum uero omnia iam dudum in diuersa cessasse uideantur, eoque deuentum esse sciatur,  
 225 ut sacrificuli isti passim im

## AD TIMOTH. CAP. III.

purissime uiuant secundum praedicta, scientibus ac permittentibus plebe et primoribus.  
 Secundo, ludibrio quoque et pro nausea habeant sacrosancta omnia homines irreligiosis  
 simili. Tertio, ludo potius ac poculis incumbant iugiter quam scripturis canonibus. Quarto,  
 otio inertissimo resoluti prolabantur in publica crimina, quae etiam episcopi, si uelint,  
 230 emendare nequeant, Romana auctoritate praepediti uel exemtionibus nonnunquam.  
 Quinto, spuris quoque et meretricibus non solum grauatur, sed et publice diffamatur  
 ecclesia. Verbum quoque domini ueniat in contemptum, et clerus non indigne in odium,  
 ac in scandalum toti Christianae religioni, maxime apud infideles quoscunque. Ideo  
 nulli sit dubium, obligari arctissime archiepiscopos et episcopos in solidum, sub aeternae  
 235 maledictionis iustissima certissimaque uindicta, si grauissimam dei iram euadere uelint,  
 ut ocyus ac sine dilatione hoc scandalum coelibatus, et uotorum perpetuae castitatis, ut  
 ipsi intelligunt, et perniciem inexplebilem de medio tollant. Si non concilio generali,  
 quod legitimum sustinere nolunt, qui lucem odiunt et ueritatem, saltem prouinciali  
 Germanico, ubi concubinatus scandalosius relucet. Sin minus et hoc cesserit, quilibet  
 240 episcopus, ut nunc sunt, in sua dioecesi huic pestilentissimo succurrat morbo, communi  
 consensu et synodo. Quod si neglexerint episcopi, debent ac possunt auctoritate dei  
 omnipotentis et id praecipientis per spiritum sanctum per seipsos qui continere non  
 possunt, experientia teste, et naturalis conditione uel complexione admoniti, propria  
 auctoritate sibi uxorem legitimam ducere, praemissa sufficiente instructione plebis, ut  
 245 sciant praeceptum dei non esse clericalem coelibatum, Interim commode magistratuum  
 fauore redempto, et uerbo dei institutis, si uelint consentire, alioqui uel officio resignan  
 dum magis, uel inuitis omnibus, domi non acquiescant, necessario et inuitabili mandato  
 omnipotentis dei. Sine quo matrimonio saluari nequitiam possint, nec praeesse populo  
 dei, nec satisfacere uerae uoluntati dei, nec apostolicae traditioni obedire, quam summus ille, ut  
 250 uocant, pontifex sua auctoritate in integrum restituere collapsam religionem obligaretur,  
 sicut et dispensationem in cibis et uotis reliquis, quae minime obseruari contra conscien  
 tiam omnium palam intuetur, non ignorans aedificare ad gehennam, quicquid committitur  
 contra conscientiam. Quae sit autem apostolica uera traditio, hoc loco et alibi legitur.  
 Episcopum, id est pastorem in spiritualibus populi Christiani, oportere habere unam

[ p.495 ]

255 uxorem, nisi possit capere donum dei, quod a solo deo paucis et ex raragratia donatur,  
munus inclytum uirginitatis, et magno periculo seruatur. Cuius denique continentiae  
difficultatem, imo impossibilitatem, publice testatur abominabilis spurcicia totius ferme  
cleri: non solum plebanorum, de quibus dictum est, canonicorum et episcoporum, sed  
260 etiam monachorum et fratrum, monialium quoque et nonnarum patens impudicitia, nim-  
ium generalis ad irrisionem status clericalis iustissimam. Nihil contra hanc castitatem,  
ut nunc seruatur, satis dure seueriterque dici uel scribi potest, ab aliquo earum rerum  
non inexperto. Sunt enim omnia quae dicuntur, longe quoque atrociora, quam pro rei  
indignitate a nobis proponi et plangi possint. Excessum hunc nostrum pro temporis huius  
265 occasione et studiorum, alius quispiam fusius et ordinatius tractabit, ad ea me magis  
idoneus. Sobrium) addit. Non idcirco uxor adiuncta est ab Apostolo, ut episcopus uacet  
libidini cuiumque, sed ut illi medeatur. Minus enim a carne et satana infestatur infra  
cancellos benedicti a deo matrimonii, quam promiscua illa ac libera libidine palantes, ut  
animalia, quibus non est disciplina uel intellectus. Quin et hic statim Apostolus aliud  
continentiae remedium adiicit episcopo coniugi, ut sobrius sit: cibo et potu utatur, ad  
270 corporis non uoluptatem, sed necessitatem: parsimoniam

## COMMENT. IN I. EPIST.

[ p.496 ]

seruet, ne et ecclesia grauetur expensis, uel corpus ac ingenium sneptumsit ad exercitia  
spiritualia, digna sacerdoti ac doctori ecclesiastico, scilicet ad studia sacrae scripturae,  
praedicationes, consultationes, consolationes, orationes, praelectiones, scriptitationes,  
etc. Exemplum sobrietatis praebeat, non pretiosa nec plurima uel delicata fercula, sed  
275 utatur semper cibo potuque pro corporis ratione, et officiorum executione opportunis.  
Non sic se die uno exinanire studeat irrationabili abstinentia, ut sequenti die denuo  
oneretur, ne utriusque diei sacrum opus intermitti con tingat. Vt nunc consueuerunt  
stulte ieiunantes superstitiosuli in uigiliis festorum, et ad honorem sanctorum abstinere,  
ut festis ipsis sequentibus diebus repleri, et neglecta resarcire possint, audiusque pasci  
280 ac delicatius, quando toti sese spiritualibus dedere debere ratio dictat, et ecclesiastica  
mandat traditio. Tunc enim carnalissimi inueniuntur, et ad succumbendum tentationibus  
procliuus magis, quam dum laborando cibum absumunt sobrie captum. Ornatum) dicit.  
Non sericis et aurophrygiatis uestibus, argento uel gemmis, siue in capite siue sandaliis,  
aut pedo, uel incuruo pastorali baculo. Haec enim omnino dedecori potius sunt sacerdoti,  
285 margaritis ornata, sed pudicis mansuetissimisque moribus redimitus sit, factis ac habitu  
uenerandum se exhibeat, et legitima maturitate gratiosum fidelibus, perfidis uero hor-  
rendum et formidolosum: talia sunt enim episcoporum ornamenta legitima. Prudentem  
quoque.) Vt plebi commissae prospiciat, cui speculator proponitur circumspectus, ut  
praeuenire malum, et sancta promouere quopacto possit intelligat. Sophrona pudicum  
290 dicunt, et quadrat praedictis, ut sit eatenus sobrius, ut et pudicus esse ualeat uis, uerbo,  
signo, opere, et in omni conuersatione sua praeferat pudicitiae ac prudentiae spiritualis  
exemplar. Hospitalem.) Non sit publicus tabernarius, sed indigentium peregrinorum  
benignus susceptor, et tractator beneficus, quales in ueteri testamento multos legimus  
prophetas et patriarchas: ne honesti uiri ad peregrinandum coacti, communi diuer sorio  
295 sub turba et clamoribus praepediantur a studio orationis, et meditationis sa crae, et  
quiete opportuna. Non solum hospitem se praebeat sacerdotum, sed piorum omnium

indigentium. Ad quod sane conueniens est, habere non pellicem, sed uxorem fidelem, et matremfamilias, filiosque disciplinatos, in disciplina ecclesiastica eruditos, et exercitatos in operibus pietatis: ne toti ecclesiae cui sacerdos praefertur, passim inuratur diffamia, dum peregrini praeter Christianam charitatem tractantur. Ea ratione decimae illis debentur, non tam pro se, familia, et hospitibus, q̄ pro orphanis, pupillis, infirmis, egenis, et senibus, quorum omnium sacerdoti episcopo studiosa incumbit diligensque cura: non solum uerbis, sed et factis consolandis et beneficiis iuuandis, nomine totius ecclesiae, ad talia exercitia obligatae: quamobrem et maioribus ecclesiae praefectis diaconi coniungebantur, ne quid in officio ecclesiastico negligeretur: non in cantu et processionibus, etc. Docto rem.) Qui aptus sit ad docendum ecclesiam, non aliam doctrinam quam canonicam et catholicam ex sacris scripturis, sapientiam utilem ad dei cultum, non promotum a facultate theologica in gymnasio, non empta facultate, non pecuniis prodi gendis in comessatores, ut interim fit, sed spiritu sancto edoctum ex sacris literis, qui instruat plebem, cui ex officio suo superintendere debet. Non uenator, non eques, non lusor, non auceps, uel piscator, sed uerbi dei doctor doctus. Hoc autem proprium et peculiare prae omnibus officium est episcopale, Pascere Christi oues, quas amet plurimum, docere non philosophiam, non grammaticam, non poëticam, non constitutiones humanas, sed quae pertinent ad cultum uerum dei, ad pietatem, ad fidem et probatissimos mores, quorum exempla a Christo sumgrur.

## AD TIMOTH. CAP. III.

Non uinolentum.) Qui nimium indulgeat uino potando, quo impediatur a modestia et doctrina in facto ac uerbo, utque dum opus est, cum opportunitate corripiat, ac sine conuitiis, ebriosorum more. Non combibonem, qui huiusmodi abusus uehementer in aliis arguat ac corrigat. Obtundit enim uinum immodice sumptum ingenium, inepte laetificat, reddit consilii inopem, iracundum ac foedum pariter reddit, pudicitiae aduersatur ac castitati. Non percussorem.) Non promptum et propensum ad uindicandum se ad ulciscendum impraemeditato, sed animo tranquillum, longanimem, sustinentiam fortem conseruantem ac modestiam, etiam in medio iniuriarum. Non paratum ad arma inferenda, sed qui in bono malum uincere gaudeat: percutiat neminem, sed euangelica patientia sese commonet stret euangelicum praeconem, et doctorem mansuerudinis Christianae, exemplo et doctrina uere apostolica. Non enim respicit euangelicum et apostolicum spiritum tumultuari, non solum factis, sed et uerbis: exemplo magis utatur Christi et apostolorum, qui omnia matura grauitate egerunt, non maledicentia affectata, cum irrisione, quam ut apostoli et prophetae non obmiserint semper, tamen non sine magna modestia, et uirtute spiritus, fortissimaeque ueritatis: unde hoc non solum ad uiolentiam manuum pertinet, sed et ad acerbitatem linguae, ne saeuus et improbus sit obiurgator. Non auarum.) Vel turpiter lucri cupidum. Hoc quoque audiant nostri episcopi, qui lucrum congerunt ex casibus reseruatis, ex sacerdotum concubinato, ex sacramentorum et ordinum administrationibus, ex spuriorum redemptionibus: si non per se talia capiunt, subornant tamen Officiales, qui bus id negotii foede committunt, uel oblucrum consentiunt: communius tamen est, turpiter lucri cupidum, quam turpis lucri cupidum esse. Omne lucrum cupere, indignum est episcopo, cuius est officium expendere potius quam lucrari uel thesaurizare. Bona enim episcoporum, ecclesiarum sunt,

[ p.497 ]

hoc est indigentium de ecclesia, uiduarum, pupillorum et egenorum. Reponere thesauros  
 340 non debent, ut ser uentur, nec ut multiplicentur in census asseruandi, et eisdem bonis per  
 usuram quancunque lucrum turpe uenari et congerere. Sed modestum.) Aequum esse  
 et fidum omnibus, aequanimiter ferre potens infirmitates et imperfectiones fragilium,  
 donec roborentur in fide, et agnitione ueritatis et iustitiae. Non acutum, iracundum, uel  
 ad uindicandum proprias iniurias et personales animum propensum gerens, sed modestia  
 345 Christiana prae aliis ornatum. Non litigiosum uel contentiosum.) Vtboni consulat uerba  
 ac facta aliorum, etiam contentiosorum: sed pacificum, non suscitet bella ac lites, sed  
 tota diligentia componat. Quomodo autem carebunt discordiis et disceptationibus, qui  
 diuitiis augendis inhiant, et possessionibus multiplicandis ? Dirimat potius contentiones,  
 et pacificus sit, ut et beatus a domino iudicetur, si pacis quae sunt ut Christi discipulus  
 350 studiose promo ueat. Non cupidum.) Quaestum nullo modo sectetur, ut Simoniaci,  
 sed gratis accepta, gratis concedat. Liberalis in pauperes: non lanae potius abstractor  
 quam uerbi dei administrator. Ab omni specie cupiditatis absteat. Sed domui suae  
 bene praepositum.) Quomodo sine uxore bene praeerit, et cum spuriis, uel exter no  
 famulatio? Vult Apostolus, ut familiam suam, uxorem, filios, famulos bene moderetur,  
 355 ne scandalosa ac inordinata domus, toti ecclesiae fidelium obsit ac praeiu dicet. Si non  
 huiusmodi episcopus familiam habeat, saltem canonicis suis religiose praesit antistes.  
 Quos hodie nouimus irreligiosissimo iure exemptos autoritate Romana a iurisdictione  
 episcoporum, et omnium scandalorum antesignanos in clero toto totius episcopatus uel  
 dioecesis, et exemplaria insolentiarum in clero et populo. Filios habentem subditos cum  
 360 omni castitate,) Disciplinatos, et

## COMMENT. IN I. EPIST.

[ p.498 ]

religiose cum reuerentia subiectos habeat filios suos, qui moribus et honestate reliquo-  
 rum filios instituant, et exemplum honestatis exhibeant toti ecclesiae, patri obedientes,  
 reuerentiam exhibentes. Quid hodie de filiis presbyterorum mundus iudicet, notius  
 est quam; ut multis recitetur. Debet episcopus in propria sua domo di scere exercitio  
 365 filiorum, quod doceat in ecclesia subditorum. Vnde et sequitur.

*Quod si quis domui suae bene praeesse nescit, quomodo ecclesiae dei diligentiam  
 habebit?*

Quomodo multos et quasi alienos curabit, qui propriis ac paucis prodesse non potest, et  
 tamen ad id positus est utprosit. Qui in paruo infidelis deprehendi tur, quomodo super  
 plurima constituetur Qui familiaribus non prospicit et necessariis, quomodo alienos  
 dispensabit? Qui tam tenui sensu est, ut pauca cogitare nequeat, quomodo sapienter  
 370 totam ecclesiam gubernabit ? Exercitari igitur in domo propria oportet, et in liberorum  
 sancta educatione, ut regimen dioecesis totius ualeat sustinere.

*Non nouitium uel neophitum, ne in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli.*

Nous in fide conuersus nuper a quacunquē mala uel inhonesta conuerlatione, nondum  
 exercitium spiritus Christi in se expertus, non est idoneus doctor ec clesiae. Cum enim  
 alios docere et moderari instituerit, in his quae ad deum sunt, expedit exercitatum habere

375 sensum in spiritualibus. Nemo autem repente fit summus, studium quoque sacrarum  
 literarum non subito proficit. Verum nouitatum illum non uult a baptismatis tempore  
 computandum, quod multi olim tardius baptizabantur, sed a conuersionis tempore ad  
 fidem. Ambrosius enim catechumenus diu Christianus fuerat, antequam baptizaretur,  
 et episcopus nondum baptizatus eligebatur spiritu dei promotus. Verum non expedit  
 380 religione nouitatum subito gubernacula religionis moderari, ne uel religio uituperetur,  
 quasi deslituta idoneis pro huiusmodi functione personis, quam probi et sapientes omnes  
 declinant, et cogatur aliunde pellicere promouendos. Vel ipse nouitatus honoris sui  
 sortem humiliter ferre non potens, insolentius se efferre incipiat, et statim sibi licere  
 putet quicquid libuerit, unde externi calumniandi occasionem arripiant, quasi ea tantum  
 385 ratione ecclesiae se immiscuerit, ut ab ecclesia honoretur. Denique facile honor obnoxius  
 fit inuidiae, unde prodit temerarium iudicium et calumnia. Cum quicquid a neophitis  
 agitur, quamlibet religiose, insimulatores tamen patitur, etiam sancta inuertentes. Et cum  
 aliud nihil obtendere possunt, saltem nouitatum causantur. Sed et huiusmodi neophiti  
 facile praesumunt maiora et insueta, audent iugum imponere, eleuanturque existimatione  
 390 propria, sicque in iudicium incidunt calumniatorum, imo et sapientum nonnunquam.

*Oportet autem et illum testimonium habere bonum ab his qui foris sunt, ut non in  
 opprobrium incidat, et in laqueum diaboli.*

Ad quemlibet hoc episcopum referendum uidetur, ut scilicet etiam ab his qui foris sunt,  
 et ab omnibus bonum habeat testimonium, ne religionem ob ministri improbitatem  
 calumniam sustinere contingat. Verum specialiter, si a Iudaeis uel gentilibus conuersus  
 sit ad fidem, omnino necesse est, ut ab illis nihil inhonestum et turpe impingi possit: ne  
 395 dicant, Ecce quales sibi Christiani episcopos praeficiunt: quos nos improbos nouimus,  
 hos ipsi tantis dignantur honoribus: nobiscum conuersationis ob flagitia, nunc honoratur  
 a Christianis. Talis religio, quales habent

#### AD TIMOTH. CAP. III.

tur ministri. Sicque in laqueum et in opprobrium calumniatorum incidit ecclesia ipsa, et  
 non solum minister.

[ p.499 ]

*Diacones similiter pudicos, non bilingues, non multo uino deditos. non turpe lucrum  
 sectantes.*

400 Episcoporum ministri Diaconi sunt uocati, ut ex Actis discimus, non ut praedicarent uel  
 legerent aut canerent euangelium: sed quia oblationes fidelium distribuebant ad ordi-  
 nationem episcopi, toti seruiebant ecclesiae et ipso episcopo: deque et ipsi oblationibus  
 uiuebant, sicut et episcopi, ut nunc sunt coadiutores praesentium, ut liberius episcopi  
 orationi, lectioni et praedicationi instarent, et ministerio uerbi diuini. Talis erat Lauren-  
 405 tius olim, in primis autem Stephanus, cum suis collegis, qui tamen opportunitate monente  
 non tacebant et ipsi a uerbo dei praedicando. Quia autem et ab ecclesia nutriebantur ob  
 ministerium publicum, ut essent ecclesiasticae, hoc est publicae personae, ideo pudicos  
 uult eos esse Apostolus, honestate conspicuos, uenerandae conuersionis in uerbo, facto  
 et exemplo. Ne sinistra quaecunque opinio illorum dehonestaret officium, ne diuidendo

410 collectas eleemosynas, suspicionem cuiuscunque incontinentiae incurrerent, si pauperi-  
 oribus foeminis dona necessaria prae aliis largirentur. Non bilingues.) Ne quaestus gratia  
 uarie loquantur de Christianis dogmatibus, ne aliud affirmarent coram episcopo, aliud  
 coram simplicibus de ecclesia. Neque uerbum dei adulterent, ad gratiam nil loquantur,  
 ob eleemosynas corradendas, ne uerbis fucatis duplicibusque mercari studeant a uulgo  
 415 gratiam altioris status. Non multo uino deditos.) Ne luxu quocunque soluantur a debita  
 grauitate, ne dedecori sint episcopo ecclesiae officio suo, ne ab operibus pietatis fideles  
 retrahantur, sicut ob filios Heli, ob dispensatorum improbitatem. Non turpe lucrum  
 sectantes.) Non lucrum turpe in eleemosynam expendendum est, sed iuste acquisitae  
 diuitiae, honeste acquisitae. Praeuidebat enim in spiritu, bonorum affluentiam irrepturam  
 420 in perniciem ministrorum ecclesiae, quam interim uidemus et sensimus creuisse in abu-  
 sus intolerabiles.

*Habentes mysterium fidei in conscientia pura.*

Cum passim in domibus, et quasi in angulis instruere obligarentur eos, quos eleemosy-  
 nis reficiebant diaconi, omnino scire probe debebant mysterium fidei Christianae, et  
 rationem reddere eorum quae ab episcopis docebantur, respondere de articulis fidei,  
 425 sicut Stephanus, assistere episcopo, defensare, ac ueritatis testimonium praestare pariter  
 ac conuersationis, ubi id utile cernebant, et Christo, honorificum, euangelio et ecclesiae.  
 Certi coram deo, se gloriam propriam non quaerere, sed profectum fidelium de ecclesia,  
 implere quoque factis quod profitebantur uerbis. Quod si deinde minus promoueretur  
 fidei negotium, ipsi tamen candide egissent functionem suam, et fideles in ministerio  
 430 ecclesiae inuenirentur:

*Et hi autem probentur primum, et sic ministrent, nullum erimen habentes.*

Proximum in ecclesia post episcopum honorem habebant diaconi, tanquam fideles eccle-  
 siae, et episcopi procuratores. Vt hodie fortassis dicerent Decanorum camerarios, sed  
 longe miserabiliore comparatione. Oportebat ergo probari fidem eorum, et probitatem,  
 ac sanctam industriam, si illis committi possent tuto distribuendae collectae, si denique  
 435 idonei uerbi ministri essent, episcopo concordēs, fide, doctrina et moribus. Non ideo  
 passim cuius haec functio commendari poterat, erant ergo probandi. Derogasset autem  
 quodcunque crimen et inhonestatis diffamatio.

COMMENT. IN I. EPIST.

mia episcopo et ecclesiae, fideles absterrisset a fide, et a misericordiae operibus, ia-  
 cturam acceperunt ecclesiae pauperes, facileque fraudem suspicari contingeret de oblati-  
 440 in dispensatore et procuratore quondam notato de crimine: familiam quoque et statum  
 cum auctoritate episcopi dehonestasset.

*Mulieres similiter pudicas, non detrahentes, sobrias, fideles in omnibus.*

De uxoribus nimirum diaconorum loquitur Apostolus, eadem ratione, qua et prius de  
 episcopis eorumque familia praecipiens. Quia enim de ecclesiae bonis uiuebant et de

[ p.500 ]

445 oblationibus, maxime decebat collegas et consortes diaconorum pudicas esse moribus,  
 uerbis et sensuum omnium honestate, conuersatione maturas, quietas, pacificas, mod-  
 estas, sine quacunque arrogantia, et dissolutione quacunque in moribus, ne ob easdem  
 ecclesiam turbari et scandalizari quocunque modo contingat. Non calumniosas, rixosas  
 aut discordiam seminantes, delatrices, susurrones uel mendosas, quo minus ecclesia con-  
 turbetur. Cum a talibus episcopi et diaconi summa semper diligentia publice dehortari  
 450 debeant: sobrias quoque, ut dictum est de diaconis et episcopis. Foedissimum est siqui-  
 dem in muliere uino lentia, et abusus in uictu et uestitu: uinum illis in primis mater est  
 turpitudinis et libidinis. Non debebat uitiorum huiusmodi exemplar relinqui subditorum  
 uxoribus a foeminis ecclesiasticis. Fideles in omnibus, ut cum ministrorum ecclesiae  
 adiutrices sint, instituto diuino, non secus ac diaconi ipsi, fidelissime dispensent omnia,  
 455 nihil pro se per fraudem subtrahant, in fide omnia dispensent, ne ponant offendiculum  
 fidelibus in ecclesia unde uiuunt, sed eidem fidelissime ministrent, quantum attinet ad  
 suum officium.

*Diacones sint unius uxoris uiri, qui filiis suis bene praesint, et suis domibus.*

Non notentur diaconi de quacunque incontinentia, ideo uxores plures quam unam minime  
 illis permittit spiritus apostolicus. Vt enim licuerit eo tempore Christianis conuersis  
 460 de Iudaismo uel gentilitate, uel per legem communem pluralitas uxorum, uel ad minus  
 toleraretur, tanquam reliquiae conuersationis pristinae. Quanquam Romanis id legibus  
 uetaretur, unde et cum tempore abrogata est merito huiusmodi uxorum pluralitas humanis  
 legibus. Non tamen tunc quoque spiritus Christi in apostolis patiebatur in episcopo uel  
 465 diacono hunc morem, maxime quod in grauem non modicum ecclesiae cessisset tot  
 personarum educatio, praeter notoriam incontinentiam in ministris dei et ecclesiae. Nihil  
 autem hic de digamia uel trigamia praescribitur ab Apostolo: adolescens enim diaconus  
 uel etiam integrae aetatis episcopus, nusquam praecipitur prima mortua uxore, secundam  
 non ducere, ut perpetuo irremediabili molestia ureretur. Sicut nec iuuenulas uiduas  
 uetabat a matrimonio, sed magis nubere illas praecipiebat Christus, qui in Apostolo  
 470 loquebatur. Et hic est eadem ratio, ne satanas tentet et uincat. Bene autem praesint  
 filiis, scientia, moribus, disciplina pietatis, erudiant suos filios diaconi, ut sint speculum  
 honestatis caeteris adolescentibus de ecclesia, ad morum reformationem in toto populo.  
 Suis quoque domibus.) Omnem uult familiam, ministrorum ecclesiae quorumcunque  
 475 honestissime gubernari, eadem ratione qua et episcopos. Id quoque intelligendum de om-  
 nibus, qui quomodocunque praesunt ecclesiae, etiam in temporalibus. Quandoquidem  
 laicorum et clericorum distinctio non legitur in apostolicis literis, sed Christianorum et  
 gentillum. Maxime uero hic discimus, quales in moribus sint fide et exercitio, quotquot  
 ecclesiae cen-

AD TIMOTH. CAP. III.

480 sibus nutruntur, qui scilicet in ministerium ecclesiae necessarii sunt. Nemo enim praeter  
 ecclesiae ministrantes, ab eadem sustentari debet, et omnino nemo otiosus, qui possit  
 sufficere laboribus idoneis. Ex quibus enim prorsus nulla reddit ecclesiae utilitas, qui  
 nullo sunt usui in opere sancto, a Christo et apostolis instituto, nec usui futuri sperantur,  
 hi non sustententur ecclesiae stipendio. Sunt autem ecclesiae necessarii episcopi, qui

[ p.501 ]

scilicet uerbum dei tractant et docent. Diaconi, qui discunt et cooperantur episcopis. Et  
 485 hii scholastici, qui olim Lectores dicti, iuuentuti instituendae praesunt. Cantus horarum  
 canonicarum, ut nunc fit, est prorsus inutilis: possent tamen pro eo commodius institui  
 exercitia circa canonicas scripturas utiliter tractandas. Monachi omnes laborent manibus,  
 olim magna illorū pars libris scribendis sese nutriebant. Hodie apta essent monasteria ad  
 490 libros opti mos imprimendos: et si insuper succisiuis horis uerbo dei utiliter insistere  
 uellent, ut deberent, uel unum et alterum psallere Psalmum, id laudabile foret. Tantum  
 autem temporis die noctuque usq ad ingens fastidium murmurare Psalmos, et nescio  
 quae responsoria canere, miror quis instituerit, nisi ob redimendum tempus et taedium  
 orandi uel legendi. Et ne toti otiosi et inutiles ecclesiis, ecclesiasticorum bonorum  
 uoratores iudicarentur, tandemque illis fraudarentur: temporales quidem possessiones in  
 495 hoc saeculo pauperibus dispensasse, conforme fuerit euangelio, otium autem sectari, et  
 omnem cuiuslibet rei uel minimam etiam egestatem mendicitatibus assiduis studiosius  
 resarcire, quis probet? uel non dignissime rideat, imo damnet ex scripturis canonicis et  
 uerbo dei. Laborandum est potius illis, eleemosynasque dare et facere studeant hi religiosi  
 homines, quam requirere et mendicare. Crucem Christus sectatoribus suis imponit, non  
 500 iners otium illud, et sine omni propria sed non aliorum sollicitudine, omnium rerum  
 necessariorum suppetentiam admirabilem, ex laboribus pauperum, et usura diuitum  
 sectari. Haec certe sanctus Franciscus non docuit, sed laborem manuum, pro quo  
 recipere uitae sustentationem, sine affluentia, pretiositate uel curiositate, sed ut in  
 omnibus non tam reluceret, quā uera esset summa rerum paupertas et humilitas, subiectio  
 505 Christi, et apostolica charitas ministrandi infirmis, etiam leprosis. Longe autem  
 alii, ter cessit institutum boni uiri, quod praese tulerat, sancto quodam spiritu instigatus, ad  
 praedicationem suos hortabatur sancti euangelii, non solum uerbis, sed multo magis  
 exemplis. Non tam denarios abhorruit quam auaritiam habendi, et luxum sectandi ac  
 fastum. Inculcauit usque ad mortem suam laboritium, et humilitatem, fidem sanctae  
 510 Romanae ecclesiae, et euangelii praedicationem, sine omnibus exemptionibus Papisticis  
 et philosophicis studiis, quorum sectatores iusto zelo maledixit non semel. Quid autem  
 profecerit, orbis indicat, etiam si sui fratres nondum uidere uelint, qui tamen aliorum  
 comparatione minus fortassis aduersant ueritati, et resipiunt, ni fallar, copiosius. Si  
 quis alius ecclesiae etiam in temporalibus necessarius minister decernendus sit, ille de  
 515 ecclesia uiuat, nemo inficiabitur. Otiosorum autem prorsus nemo dignus habeatur, nec  
 feratur. Qui non laborat, nec manducet, caeteris paribus, si scilicet laborare possit: quin  
 et qui nesciunt, discant laborare, non pro pretio laboris reponendo, sed ad obediendum  
 euangelio, non solum ad repellendam otiositatem, ut habet regula Minorum. Egens  
 necessariis nemo sinatur in ecclesia, sed aequae non otiosi et ualidi mendicantes ferantur.

*Qui enim bene ministrauerint, gradum bonum sibi acquirunt, et multam fiduciam in fide, quae est in Christo Iesu.*

520 Diaconi alicuius ecclesiae si ministerii sui functionem laudabiliter cum probi

COMMENT. IN I. EPIST.

tate, ac fideliter absoluunt, non solum laudem, sed et gradum sibi meliorem acquirunt. Erunt proculdubio idonei ad succedendum episcopo, si non ei cuius diaconi sunt, transfer-

[ p.502 ]

entur saltem, eligendi in aliam ecclesiam. Vel ex cooperantibus fient fortassis coepiscopi, uel in una ciuitate pro multitudine populi episcopi, id est parochi plures constituentur.

525 Assequetur apud uniuersam Christi fidelium congregacionem auctoritatem magnam, multamque fiduciam fideles collocabunt in eum, pro insigni fide, dexteritate, diligentia et uigilantia, qua in sua familia uidebitur sedulus. Libertatem ex hoc sibi permittendam ab episcopo acquirat, ut omnia uel saltem multa pro suo arbitratu sinatur agere, toties repertus integer et fidelis in Christi obsequio, ut nemo sibi fidem agendorum abrogare possit.

530

*Haec tibi scribo fili Timothee, sperans me uenire ad te cito.*

Ex Laodicia scribebat Ephesum, nuper institutum ibidem eum episcopum consolando et confortando, ut sciret ad id temporis magis necessaria scitu, suo tempore personaliter de omnibus coram edoctorum, quae circa episcopi et diacono. officia essent ordinanda in ecclesia.

*Si autem tardauero ut scias quomodo oporteat te in domo dei conuersari.*

535 Domus dei non templum intelligatur marmoreum, in quo cum thuribulo et cereis circumcursare debeat de ara ad aram, et pontificalia exercere muta uel ca nora: non est enim pontificale illud ceremoniarum ex traditione apostolica, sed ut patet collatione uetustorum pontificalium, secundum tempus semper auctum, quasi timuerint pontifices redargui, si non multa in domo dei agenda curarent, quo minus unum illud necessarium, uerbi dei praedicatio, et canonicarum scripturarum enarratio et inculcatio, ab illis indoctis hominibus exigeretur. Haec enim, ut probe Moria Erasmi admonuit, reiicienda erant in monachos otiosos, do nec et ipsi Suffraganei crearentur. Domus dei est quaelibet fidelium congregatio, Christo synceriter credentium, et uerbum dei toto pectore complectentium, et per opera fidei proficientium semper. Inter quos, non super quos,

540

545 conuersatur episcopus apostolicus, eos docendo et instituendo in fide Christi, in doctrina sana et catholica.

*Quae est ecclesia dei uiui, columna et firmamentum ueritatis.*

Domus illa dei in qua te ceu ministrum et superintendentem dominus constituit, omnis uidelicet fidelium congregatio: non tantum Ephesina, sed ubique eodem spiritu congregata sanctorum multitudo. Ipsa est ecclesia, quam deus condidit, gubernat, conseruat, ac docet spiritu oris sui, uerbo dei. Non enim per se, sed in Christo subsistit ac durat.

550 Basisque est et sedes ueritatis, colitur enim in ea et agno scitur unus uerus solus et uiuus deus. Cum omnes aliae ecclesiae et hominum congregationes, deos falsos et nihili colant sua idola. Iudaei quoque a ueritate dei, quae est per Christum Iesum, aberrauerunt, et excaecati sunt, ac ceciderunt. Nostrae autem ecclesiae doctrina et fides fundamentum

555 est, basis et columna immobilis et semper mansurae ueritatis. Ipsi enim errauerunt et ceciderunt, nos autem surreximus et erecti sumus, credentes in Christum dominum, et deum uiuum ac uerum, qui est uia, ueritas et uita: illam quoque ueritatem firmissime credimus, praedicamus, tenemus, et usque ad mortem defendimus.

*Et manifeste magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, et iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, praedicatum est*

AD TIMOTH. CAP. III.

[ p.503 ]

*gentibus, creditum est mundo, assumptum est in gloria.*

Quaquam priora intelligi possint, ut diximus, de ecclesia et columna. Sima plicior  
 560 tamen, et aequae indubius sensus uidetur esse, et plane insignis, si sic literam ordinemus,  
 ut quod praescriptum est, de columna et firmamento ueritatis, referatur ad ea quae illico  
 sequuntur: ut sit is sensus, sic literam construendo: Vt scias, inquam, quomodo te oporteat  
 conuersari in ecclesia illa tibi commissa. Columna autem et firmamentum ueritatis,  
 565 et manifeste magnum, quod scilicet citra omnem controuersiam magnum est pietatis  
 sacramentum, hoc est, quod nunc tibi paucis prodam. Quasi dicat: Totius Christianae  
 doctrinae et catholicae ueritatis columna, cui innititur, et firmamentum cui insistit, et  
 mysterium summum pietatis et fidei: hoc unicum est, quod et in ecclesia praedices,  
 fidei esse summam ac basim. Deus manifestatus est in carne: uel si in neutro genere  
 interpreteris, mysterium pietatis diuinae in Christo nobis exhibitum est, hoc pacto. Cum  
 570 olim multa phariam multisque modis apparuisset dominus deus, uel uerbum dei, illi  
 consubstantiale et coaeternum, in forma angelica, specie humana, rubo igneo, spiritu,  
 fa cibus et nube, etc. nouissime diebus istis nouissimis uel proximis loquutus est no  
 bis in carne humana, assumpta in unitatem personae, sine commixtione naturarum,  
 uel mutatione, in qua assumpta humana natura a uerbo, manifestauit se deus uerbum  
 575 mundo, incarnationem suam miraculose perficiens, et habitu inuentus ut homo sermo  
 dei, in Christo domino, ut inuisibilis deus, hominibus uisibilis apparens, cum hominibus  
 conuersaretur in terra, carne protoplastis indutus, et habitu inuentus ut homo. Iustificatus  
 in spiritu.) Per spiritum sanctum datum hominibus, iustus deus apparuit, fide et gratia,  
 per uerbum suum iustificans electos, qui in spiritu sancto uoluit omnes peccatores  
 580 iustificari, quos omnes reos in primo parente damnauerat, hos in Christo per spiritum  
 sanctum iustificat, et ipse iustus innotescit ac pius, qui seuerus prius iudicabatur et  
 durus, ut scilicet iustificetur in sermonibus, et uincat, cum nostro carnali sensu iudicatur  
 iniustus. Apparuit angelis.) Dei gratia, mysterium pietatis, ipsum euangelium gratiae  
 diuinae ad homines, a saeculis magna ex parte ignotum angelis, per Christum hoc tempo  
 585 re innotuit principibus ac potestatibus in coelestibus, qui hactenus ignorauerunt tantam  
 dei ad humanum genus pietatem, et in Christi mysterio didicerunt, quae prius abscondita  
 illis erant et incognita. Quae nunc per euangelii praedicationem, et per ecclesiam, angelis  
 quoque clarior innotuit, Ephes.3. Praedicatum est gentibus.) Omnibus populis, gentibus  
 ac linguis hoc pietatis mysterium, et euangelium regni praedicatum est, delata est haec  
 590 stupenda dei gratia omnibus hominibus, nemine excluso. Christus saluator datus est  
 benedictio omnibus gentibus, pignus et arra salutis, non solum Iudaeis, sed et gentibus  
 coepit per apostolos praedicari hoc euangelium salutis: et praedicatum est nec solum  
 per apostolos et apostolicos uiros, sed et Creditum est mundo.) Non solum Iudaeis,  
 sed uniuerso orbi, contra carnem contranitentem et sanguinem, cui hoc mysterium  
 595 non reuelatur, nisi a patre coelesti, qui trahit ad se per Christum quos elegit, et donat  
 fide, quos iustificare decreuit per fidem in Christo. Assumptum est in gloria.) Glori  
 ficatum est, et collaudatum ubique, et diffusum in omnem terram: et post agnitum  
 mysterium etiam glorificatum est, Christo ascendente in coelum, et ad dexteram sedente,

et euangelium mundo illucescente cum gloria, qua omnis mundana potentia, sapientia  
 600 et iustitia oppressa iacet, ut illud solum et unicum gloriosum sit in coelo et in terra.  
 Hoc fidei tantum mysterium, et pietatis diuinae sacramentum, sedes et basis est omnis  
 ueritatis, columna et fundamentum, cui innititur omne

## COMMENT. IN I. EPIST.

[ p.504 ]

quod scimus, credimus, operamur, et speramus. Hoc si quis credat, ueneretur, et amplectat,  
 iustus est et perfectus Christi seruus et Christianus. Hanc, inquam, summam  
 605 doctrinae euangelicae, scias, teneas, doceas, et studeas inculcare, Christianae scilicet  
 fidei breuissimos articulos, Deum scilicet incarnatum, uel in carne humana manifestatum,  
 per spiritum adoptionis, in quo clamamus, Abba pater, in fide omnia iustificata, non  
 lege carnalis literae uel scripturae. Angelis etiam admirabilem, quos non apprehendit,  
 sed semen Abrahae, collatam scilicet hominibus tantam dei gratiam, quae post factum  
 610 illis innotuit, uel dum fieri primum coepit. Quod euangelium Christi, et reconciliatio  
 tam perfecta, praedicata est gentibus omnibus. Mundo quoque creditum est, domino  
 miserante, et hac credulitate ac fide iustitiam omnibus largiente. Assumptum quoque  
 est hoc pietatis euangelium uel beneficium in gloriam dei, et patriarcharum sanctorum,  
 qua nemo fraudetur fidelis in coelo, et toto orbe terrarum. Tale aliquid et prius aequae  
 615 breuibus descripsit Apostolus, cum diceret, Unus deus, unus etiam conciliator dei et  
 hominum, homo Christus Iesus, qui dedit semetipsum pro nobis pretium redemptionis  
 pro omnibus. Haec, inquam, est columna fidei, et euangelium regni: praeter haec alia  
 non sunt quaerenda, non docenda, non imponenda fidelibus, ut necessario credantur. Si  
 quis his conuenientiora uel consequentiora potest, abundet in suo in spiritu.

## CAPVT III.

**S***Piritus autem manifeste dicit, Quia in nouissimis temporibus discedent quidam a fide.*

Spiritus Christi, qui in discipulis adhuc manet acceptus, uel in die pentecostes, uel in  
 impositione apostolicarum manuum, per quem et futura prae nouerunt, ac prophetant de  
 Antichristis, qui a Christo abstrahunt, et a fiducia in redemptore nostro nobis donata, is  
 spiritus dei reuelauit prophetiam de futuris temporibus, post haec nostra tempora esse  
 5 futurum, ut parum curaturi sint homines solo nomine Christiani, de fide in Christum,  
 non agnoscent mysterium diuinae pietatis illius, putabunt se non tantum in Christi  
 spiritu iustificatos per fidem. Nec erit gloriosum apud eos, quod deus euangelium  
 gratiae suae uniuersalis transmiserit illis, omnibus scilicet electis: sed in operibus  
 potius legis iustificari uolent, si non legem Mosis solam, sed et plus quam Mosaicae  
 10 legis praecepta seruanda proponant, imo et contraria. Cum Christus fidem in deum et  
 perfectam fiduciam docuerit esse medium et instrumentum uerae iustificationis, non  
 ex operibus, quae nihil ualeant ad ueram pietatem. Docturi sunt enim obseruantiam  
 in delectu ciborum, temporum, uestium, locorum, uotorum, meritorum, coelibatus,  
 inuocationes quoque sanctorum mortuorum, opera etiam ieiuniorum, peregrinationum  
 15 laborumque multorum et Missarum, quibus in rebus iustitiam collocantes, gratiam dei

per Christum minus attendent, uel appretiabuntur. Posteriora tempora melius dicerentur quam nouissima, ne quis putet in fine mundi haec olim futura, quum etiam apostolorum tempore, et deinde semper pseudapostoli et sophistae superstiosique ac haeretici haec crediderint, seruauerint et docuerint. Desciscere autem a fide intelligitur, non a fide  
 20 unius dei, sed a Christianismo, a uerbo dei, ab agnitione salutis, per Christum nobis paratae, et a libertate spiritus filiorum dei, a cultu dei, quo uere dominus uult coli, in spiritu, fide, spe et charitate, uereque sanctis operibus

*Attendentes spiritibus erroris, et doctrinis daemoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, et cauteriatam habentium conscientiam.*

Cum ecclesiastici tam doctores que auditores ipsissimo dei uerbo, et Christi do

#### AD TIMOTH. CAP. IIII.

[ p.505 ]

tirmae, quae ueritas est, adhaerere deberet, ipsi erroris spiritui et humanae praesumptionis superstitiosis traditionibus attendunt. Quicquid enim a uia exorbitat, erae roneum  
 25 est. Spiritus autem Christi uid est, cuius uitam, mores et uerba aemulantes, non errabimus unquam. Si quid praeter illius doctrinam et exempla unquam uel a quocumque tentabitur, sine dubio abducat a uera pietate ad morem gentilium impiorum, uel Iudaeorum nimiam superstitionem. Doctrinis daemoniorum)ait, Daemones legimus docuisse  
 30 primum quidem, ut uerbo dei Eua non crederet, sed inuerteret sensum, auget ac minueret, suo proprio sensu abundaret, praeter dei praescriptum sciret et ageret. Docuit idololatrarium morem, sacrificia, cultum et coelibatum, uestales uirgines, eunuchos suos, et gallos parauit, consultationes diuinorum, et caetera huiusmodi. Christo quoque  
 35 suadere tentabat de cibo, de arrogantia, de superstitione, et idololatria. Mendacium in ore falsorum prophetarum, obstrepere ueris prophetis, ad uere sancta opera prouocantibus. Excelsorum et ararum multitudinem, perpetua uota deuotorum uariis idolis, ut is Marti, alius Veneri, Mercurio et Dianae, propriis quibusuis ceremoniis, et legitimis deseruirent, secundum loca, tempora, ac personas. Tales omnes doctrinae sunt daemoniacae et  
 40 perniciosae, deoque odibiles, et contrariae fidei in deum per Christum. Diuinae autem et sacrosanctae sunt, discere mititatem, humilitatem, fidem, spem, charitatem, modestiam, tolerantiam, beneficentiam in amicos et hostes, uincere in bono malum, etc. Quicquid his obuiat, daemoniacum sit necesse est et spirituum mendacium. Loquentium mendacium per simulationem.) Qui religiosiores uideri uolunt, excogitantes de proprio doctrinas, et  
 45 regulas uiuendi speciales, quasi Christus insufficienter docuerit, et cum apostolis non satis religiose et sancte uixerit, ut praeter euangelicam traditionem, alia quaedam illis ordinanda et instituen da commiserit, cum ea tales superstitiosi de suo corde confinxerint, foris uolentes uideri sanctiores, cum fuerint intra conscientiam repleti spurcitiis, hypocritarum more, qui plura ostentare uolunt sanctitatis indicia, quam iusserit Christus; interim necessaria obmittentes quae mandauit Christus, docentes, non litigare uerbis,  
 50 nec alios iudicare, esse mites, pacificos, modestos, mansuetos, et humiles, et similia consilia esse euangelica, non necessario obseruanda, sed nudis pedibus uel scissis incedere calceis, sextis feriis ielunare suo modo, pecuniam non tangere, prodefunctis orare, et similia, docent esse necessaria ad salutem suis professoribus. Sic enim summi pontifices Romani, Gregorius nonus, Nicolaus tertius, et Martinus quintus declarant ac docent.

55 Ad consilia euangelica obseruanda Franciscanos non ob ligari, nisi in ipsorum regula  
 praeceptorie uel inhibitorie, seu sub uerbis aequipollentibus sint expressa, ut patet in  
 Decretali, Exiit qui seminat, libro sexto. Similiter Clemens in Decretali, Exiui de par-  
 adiso. Consentientibus in his et similibus quatuor magistris Parisiensibus, etc. Similia  
 60 et maiora confinxerunt sibi alii superstitiosi circa esum carniū. Sed de potu uini nihil  
 uspiam legitur modificatum uel inhibitu. Cum itaque obmittant quae Christus docuit et  
 praecepit, supererogationis tamen consilia sibi praefigunt, quae tamen nec ipsa complent.  
 Vnice hactenus studuerunt perpetuo constitutiones figere et refigere, de euangelica autem  
 perfectione nihil prorsus dignum sentire, uel etiam perficere. Et cauteriatam habentes  
 conscientiam.) Conscii sibi sunt huiusmodi doctores, quod quae alios docent facere, ipsi  
 65 non possunt uel nolunt, uel necessaria esse non iudicant, quantumlibet aliis perficienda  
 iniungant quae Christus non docuit. Ea tantum ratione introducentes plurima, supra  
 praeter uel contra Christi doctrinam, ut aliquid emungatur, ut territi uel angustiati in  
 conscientiis, promptius ad uota obediant,

## COMMENT. IN I. EPIST.

magis praelatos honorent, et ut sanctuli uideantur, fingentes se agere quod alios docent  
 70 uel praecipunt. Omnibus his modis conscientia talium cauteriata deprehenditur, iudicio  
 autem percipientis serui, et mactantis in absentia domini conseruos suos, durissime  
 iudicabuntur, ut portio eorum futura sit cum infidelibus, etc.

[ p.506 ]

*Prohibentium nubere, abstinere a cibis, quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarumactione fidelibus, et his qui cognouerunt ueritatem, quia omnis creatura dei bona est, et nihil reiiciendum, quod cum gratiarumactione percipitur, sanctificatur enim per uerbum dei et orationem.*

Quid illi daemoniaci praedicatores, et cauteriata conscientia doceant per ordinem designat. Primo enim docuerunt non quidem ut nemo matrimonium suscipiat, hoc enim fieri  
 75 non potuisset, et contra totam sacram scripturam. Nec docent peccatum esse, omnibus coniugem habere, sed tantum religiosioribus Christianis, quibus eatenus coelibatum persuaserunt, ut perpetuo seruandum uouerent, quasi rem turpem matrimonium habentes, et indignam tractantibus caetera sacramenta, quasi sanctum sanctiori couti non possit, quasi sacerdos sine peccatomagno coniugem habere non possit. Huius doctrinae fundam-  
 80 mentum cum nullum sit in sacra scriptura, cumque multorum malorum causa sit, ut misera docuit experientia, et contra Christi et apostolorum doctrinas, merito dicitur diabolica, Cum nubere in domino, deus, natura, scriptura, ufus, necefsitas, et honestas omnia approbent, tanquam sanctum, et deo placitum, nullis prohibitum: neque aliquibus non necessarium, nisi specialissima et rara gratia spiritus praeuenientis, ut non urantur.  
 85 Prohibitae autem nuptiae sub uoto, uel sine uotis, domino non placentibus, ineffabilium malorum causam praestant, quorum uotorum nemo nisi diabolus pater et patrator causa esse potuit. Quod et apostolus Paulus manifeste sciuit, docuit, scripsit, ut anathema sit, qui contrarium docet. Abstinere a cibis etc.) A crapula abstinere et ebrietate, non onerare corpus et spiritum, non reddere imbecillum ad necessarias ac utiles functiones  
 90 deus praecepit. Iudaeis denique genera ciborum quaedam prohibuit pro tempore legis Mosaicae, cum reliquis obseruanda, ad pacificam cohabitationem, ad abominationes

cauendas, ad praeueniendum aduersam corporum ualetudinem, quae alioqui non proficiunt omnibus complexionibus: nec enim omnia ideo usuunt, ut homini sint in cibum, sed etiam quaedam data sunt in remedium. Quaedam cibus ordinata sunt eorum animalium, 95 quae homini data sunt in escam: quaedam nauseam naturalem adferunt de genere carni-um: Quaedam ob idololatrarum superstitionem, quam remotissime abesse suis uoluit deus cultoribus, et seriose prohibuit. Nunc autem in nouo testamento spi ritus sanctus reuelauit, et Christus docuit, omnia munda mundis: nihil quod intrat in os, coinquinat hominem. Cibi itaque non insani, et nauseam non habentes annexam, de se immundi non 100 sunt, si cum gratiarumactione accipiuntur, deoque donante in escas hominibus, omnes comedi possunt, nemine prohibente. Si tamen ad corporis castigationem, et ad tuendam ualetudinem, sectandamque parsimoniam quisquam sine superstitione libere abstineat, tanquam ob nauseam uel medicinam, non quidem peccabit. Tantum ne immundum reputet et illicitum, uel coronae alicuius meritum arroget sibi, uel speret huiusmodi 105 abstinentia. Non enim refert quid uel quando comederis, sed quantum. Possumus abstinentiam sectari non solum in piscibus uel leguminibus, sed etiam in carnibus: potest leguminum esca peccari, potest omnis generis carolicite manducari si libeat, cum fide et temperantia. Quicquid comedimus, cum gratiarumactione manducemus.

## AD TIMOTH. CAP. IIII.

[ p.507 ]

Agnoscentes largitorem omnium bonorum, qui omnia nobis in usum bonum contulit, si 110 non ad libidinem et superfluitatem utamur, et contra mandatum suum. A principio enim herbas concessit, post diluuium carnes addidit, sanguinem ne gaudit, postea animalia quaedam immunda prohibuit, per Christum autem omnia mundauit, comessionem quancunque prohibuit, ac regnum dei dixit non escam et potum, sed fidem et charitatem. Quod addit, Fidelibus, et his qui cognouerunt ueritatem, contra Iudaeos et Iudaizantes 115 non solum loquitur, quorum iam haeresis ut nota damnabatur, sed contra futuros praedicatorum, qui docturi essent aliquos cibos esse malos, religiosiusque esse uno cibo uesci quam alio: deum placari esu huius cibi, non alterius: offendi illum mortaliter, hoc tempore comedenti hunc cibum, alio tempore non sic. Introducturi quoque uota contra huiusmodi escas, tanquam cultum dei, et deo grata, ueluti domino placeret magis huius 120 cibi esus quam aliterius. Quanquam uero unum cibi genus magis impediatur ingenium, et sacras meditationes uel eruditas quae aliud, nullus tamen cibus id facit, nisi immodice sumptus, id quod iure diuino uetat de omnibus cibis. Sunt igitur omnes tales doctrinae falsae, contra deum, adinventiones humanae, et daemoniorum. Omnis autem cibus et semper et omnibus bonus est, si cum gratiarumactione ad naturae sustentationem, habita 125 ratione ualetudinis, sumatur. Omnis autem cibus semper malus decernitur, si nimius et ad libidinem capiatur, ut uotum de hoc uel alio cibo perpetuum, uel ad regulare tempus, assumi non debeat. Non est abstinentia uoueat, quae semper est necessaria, ut semper illicita est superfluitas. Nec deo placere potest, ut necessariis naturae detrahatur, ad legitimas functiones impediendas: obligamur semper et omnes ad moderatum usum cibi, 130 et omnium bonorum temporalium. Non oportet uouere uel abnegare, quod per uerbum dei nobis prohibitum alioqui scimus, quodque dei uoluntati resistit. Nunquam autem cibus sumendus est sine gratiarumactione. Christus cum discipulis hymnum dixit et laudes post cibum sumptum, et exactam coenam. Si quid immundum uel insanum in

135 cū bo sobrie sumptofuisset, oratione et uerbo dei audito et credito, sanctificaŕ, fitque  
 140 remediabile ac innoxium: scienter tamen et temere cibum sumens perniciosum, et  
 aduersum bonae ualeitudini, peccato non caret. Non est deus tentandus. Non omnia  
 omnibus conueniunt. Sed eo modo sacrae literae non loquuntur. Denique non omnibus  
 145 est omnis creatura bona, nec omnibus sanctificatur cibus per uerbum dei et orationem,  
 sed tantum fidelibus, his scilicet qui cognouerunt ueritatem: ignorans enim omnem  
 creaturam esse bonam, et in conscientia sua iudicans malam, et non abstinens tamen ab  
 ea, peccat, agens contra fidem. Nemo igitur contra conscientiam instigandus ad cibum,  
 sed prius instruendus est, ut fidelis ueritatem agnoscat. Imo et cauendum est a talium  
 scandalo, si ex infirmitate, et non ex contemptu aut temeritate credere nondum possint,  
 ut non est in libero hominis arbitrio credere quicquid uelit. Si enim esca scandalizat  
 145 fratrem, non manducabo carnes etc.

*Haec proponens fratribus, bonus eris minister Christi lesu, enutritus uerbis fidei et bonae doctrinae, quam assequutus es.*

Bonus minister Christi est et ecclesiae, qui bona et bene praedicat, nutritus in uerbis  
 fidei, bonaeque doctrinae. Verbum autem fidei euangelium est, et quicquid in tota sacra  
 scriptura et canonica continetur. Quae nos docet fidere, sperare et amare deum, Christum  
 praedicat, uel futurum uel exhibitum, in quem credere iustitia fidei sit. Bona itaque  
 150 doctrina est, quicquid ex sacris scripturis credendum, spe

## COMMENT. IN I. EPIST.

randum ac operandum docetur, et in ipsius sanam ac claram intelligentiam diri git. [ p.508 ]  
 Non illae gentilium tantum literae, quae abusiuo nomine bonae literae aestimantur,  
 quae nec bonum reddunt, nec ad bonitatem instituunt. Haec autem doctrina de cibis  
 non diiudicandis, et generaliter bonis, fratribus proponenda iubetur, fidelibus scilicet,  
 155 ut primo fratres sint, fideles sint, credant Christum legis perfectionem, tunc enī et  
 non prius erudiri poterunt de cessatione legalium per euangelium. Non enim Iudaeis  
 cessant legalia seruanda, nisi credant in Christum: alioqui stante infidelitate, magis  
 peccabunt legem negligendo contra suam conscientiam, quam exuere non possunt uel  
 uolunt. Sunt ergo primum de Christo docendi, postea de gratia et fide, sic tandem de  
 160 libertate Christiana. Hoc ordine omnes superstitiosi docendi sunt, ut non fecte sese  
 credere iactent. Bonus igitur minister est, qui bona et uera, iusto et apto ordine praedicat,  
 ad capacitatem et fructum fidei plantandae. Malus autem minister erit, qui nondum  
 assequutus est doctrinam fidei et pietatis, qui non est nutritus in uerbo dei, quantumlibet  
 totam philosophiam et omnes linguas, ac alioqui plurima edoctus. Qui non Christi  
 165 Iesu, sed suam gloriam et utilitatem sectatur, qui quaerit quae sua sunt, non quae Iesu  
 Christi. Qui docet non nubendum, qui suadet fouendam perpetuam castitatem, quod  
 in uerbis fidei nusquam continetur: qui delectum ciborum magnificat, caeterasque  
 ceremonias necessario implendas iniungit, a Christo non institutas: qui fidei simpli  
 cis uerba non docet: qui proicit margaritas ante porcos scienter. Hi tales mali ministri non  
 170 sunt audiendi. Quam, ait, assequutus es.) Quam a me didicisti, non nouum ali quid  
 comminiscens, non nouas quaestiones inquirens, non noua mandata proponens, sed quae  
 a me didicisti, uerba fidei, haec diligenter fratribus, hoc est piis hominibus inculca. Non

enim uel ipse Paulus audebat docere quicquam, quod non in se docuisset uel reuelasset Christi spiritus. Nostri autem non sic agunt, Bre uiter, euangelii particula recitata uel  
 175 praelecta, statim sua commenta ad longum ingerunt, nisi quod nunc dei gratia tales cum taedio audiri incipiunt a fratribus, qui semel gustare inceperunt doctrinam fidei.

*lueptas autem et aniles fabulas deuita. Exerce autem teipsum ad pietatem, nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est, pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens uitae quae nunc est, et futurae.*

Didicerat a Iudaea matre sua Timotheus multas fabulas, quae et adhuc extant apud Iudaeos, quas et modo narrant filii, praeter ea quae nunc quoque cabala aliqui dici uolunt, et pueris ac puellis legenda permittunt. Sicut et nos sanctorum legendas quasdam  
 180 et apocrypha. Vult autem Paulus nihil horum in ecclesia publice praedicari, sed tantum uerba fidei, et sacras canonicas scripturas, populumque dei certissima ueritate, non dubiis fabulis imbui. Non sunt pueris nudaee et non explicatae poetarum fabulae proponendae, etiam Latinitatis descendae praetextu, sed fidei et honestatis fomenta ac disciplinae. Multo minus in ecclesia praedicandum aliquid est, nisi canonicum, probatum ac certum.  
 185 Exercitium pietatis est in uero dei cul tu. Is autem uere deum colit, qui fide et charitate fert totus in deum, et ex ea fide fert in omnia charitatis officia proximo impendenda. Is deum colit, qui dei mandatis obsequitur, uerbum dei reueretur in conscientia, et comprobatur conuersatione religiosa. Non qui saepe et multum uersatur in humanis quibuscunque traditionibus, sed qui deum et proximum diligit. Haec uera est pietas,  
 190 hic uerus ac legitimus dei cultus, haec religio Christiana. In his se exercent episcopus suamque ecclesiam, discendo sacra, atque docendo uerbo et exemplis. Non in cantibus assiduus, spiritu scili

#### AD TIMOTH. CAP. IIII.

[ p.509 ]

cet et sono uel organis: non ceremoniis, uestibus, ornatibus, deo se placere arbitretur, sed in pietate. Si scilicet plenus fide, et sacrarum literarum peritia spiritua li, instruat  
 195 populum. Si sollicitus incumbat, ne quis ecclesiasticus erret in fide et moribus, ne quis inuidiam seruans, charitatem laedat in ecclesia, nemo egeat necessarioui ctu et amictu. Haec sunt pietatis officia uere apostolica, ad omnia ualidae, istae oblationes domino placentes, his sacrificiis promeretur deus. Hic cultus dei uere religiosus, et uita Christiana, digna ecclesiae,  
 200 et necessaria in primis episcopo. Corporalem autem exercitationem ad modicum utilem, uult apostolus, castitatem tantum carnis, et uirginitatem corporis, ieiunium a cibo stans temporibus, et Iudaeorum more superstitiones uigilias, peregrinationes, et cantus, precularum numerum et ordinem: quae tamen in casu prodesse, nonnunquam possunt obesse, ut et alia multa. Pietas autem, de qua diximus, grata deo est et hominibus  
 205 sacra, prodest nobis ac proximo, non est inanis et infructuosa. Quicquid autem in gloriam dei et proximi utilitatem referri non potest, uanum est, et exercitatio corporalis dicitur, non spiritualis. Promissionem huius uitae habet, Quia eadem mensura qua mensi fuerimus, remetietur nobis. De operibus misericordiae in extremo iudicio laudabimur, et praemia reportabimus. Fides in Christo hic nos beatos reddit, et in futuro. Charitas proximi impletio est totius legis, quae omnino non praeeiudica re debet charitati. Nec

exercitatio corporis ceremonialis quaecunque , nec uotum nec promissum uero diuino cultus praeferri debet nec praeiudicare.

*Fidelis sermo, et omni acceptione dignus. In hoc enim laboramus et maledicimur, quia speramus in deum uiuum, qui est saluator omnium hominum, maxime fidelium.*

215 Attentum uult Paulus Timotheum suum, et omnem episcopum, ut certo sibi credat, utque doctrinam uerissimam amplectatur, non cunctetur si uideat alios aduersa docentes et agentes, uerosque apostolos et uerum euangelium hostiliter persequentes factis ac uerbis. Quamquam uero ad horam periclitari et laborare uideantur propter ueritatem, quia tamen sperant in dominum tota fiducia, omnia moderantem, et omnes sibi credentes saluantem, qui deus uiuus est, non idolum, non ignarus, non inuidus, non tyrannus: ideo et nos qui fideles sumus, sine dubio, suonon destituemur auxilio, nec ueritas per nos praedicata  
220 succumbet aliquando, sed triumphabit, et nos cum illa in gloriam dei, qui omnium saluator est, maxime fidelium. Est autem peculiare uerbum Apostolo, aliquid asseuerare uolenti, ut dicat, Fidelis sermo, ne ab aliquo uel haesitetur uel negligatur, ut inutile uel casu dictum. Vult autem intelligi euangelium quod praedicauerat Ephesiis, et edocuerat Timotheum, propter quod sine intermissione multa patiebatur incommoda. In hoc, ait, et  
225 laboramus et maledicimur. Propter hoc euangelium multa passi sumus, et adhuc patimur continuo, tanquam falsi doctores, subuersores ueritatis, pseudapostoli et apostatae a lege paternarum traditionum, multa quoque mala de nobis loquuntur, et imprecantur, in tantum ut etiam nobis id uitio detur et crimini, quod ausi simus tales deceptores et falsi doctores et subuersores uerborum dei, secundum ipsorum iudicium, adhuc tamen  
230 sperare in deum uiuum, cuius ipsi nos blasphematores uideamur. Ipse autem dominus deus noster, cui seruimus, cui obedimus in praedicatione euangelii, in quem confidimus, cui nos totos credidimus: ipse saluator est omnium hominum. Pro omnibus quidem sollicitus est, omnes suas creaturas diligit, filic suum ex amore maximo pro omni

## COMMENT. IN I. EPIST.

[ p.510 ]

bus tradidit, Solem suum super omnes diffundit, salutis consilia et remedia nemi ni  
235 negat, citra condignum punit, omnes uult saluari, uocauit omnes, sese omnibus tradidit, uiam salutis aperuit omnibus: maxime autem fidelium toto corde sibi credentium, in se fiduciam omnem collocantium, qui uerbis suis credunt, qui dominicis praeceptis acquiescunt, uoluntatem illius faciunt. Si quando deficiant ac peccent, statim fideliter poenitent. Non poenitentes ex animo, dolent se non poenitere quantum uellent ac  
240 deberent. Orant pro peccatis suis dominum in nomine Christi, cuius iustitia et meritis saluari confidunt, de propriis meritis et iustiriis desperant. Hii tales fideles proculdubio sunt, et domino habentur: horum certissimus saluator deus est, qui per Christum saluat fideles, tanquam filios et intimos amicos, quos dissimulare non possit.

245 Praecepta haec, et doce. Nemo adolescentiam tuam contemnat, sed exemplum esto fidelium in omni uerbo et conuersatione, in charitate, in fide, in castitate.

Haec, inquit, praecipere, Confidentiam scilicet in deum, in omni labore et persequutione: pietatem ueram seruandam prae omnibus, nihil praeter scripturam docendum, fabulis non attendendum, matrimonium non interdicendum, cibos non respuendos, ut animae damnosos, et c. Similiter quae de Christo docenda praescripsi breuibus. Haec, inquam,

250 praecipe ac doce, non traditiones humanas ac doctrinas externas. Nemo adolescentiam  
 tuam contemnat.) Aetas senectutis uita immaculata. Deus mentes magis comprobatur  
 quam aetates, non tanquam inexpertus spiritualium loquaris, non adolescentium more  
 agas et doceas, licet adolescens sis. Factis ostende doctrina et moribus, ut adolescentia  
 tua promereatur senectutis honores. Quodque adolescentia detrahere uidetur authoritati,  
 255 hoc morum et doctri nae maturitatis accedat: ideo per authoritatem officii tui praecipias  
 et doceas, ut non humana, sed ex spiritu proueniens doctrina credatur, ut non ob adoles-  
 centiam spernatur doctrina, sed ob maturitatem et soliditatem doctrinae adolescentia  
 ueneretur, ut a nemine sperni possit. Sed esto exemplar fidelium, et e. Hoc tandem est  
 260 utiliter praecipere et docere, si prior feceris, si exemplar honestatis in uerbo et conuer-  
 satione praestiteris, si uerba factis comprobaueris, si uita non doctrinam condemnat,  
 sed persuadeat: non enim uerba sufficient, cum coeperit Christus facere et docere. Ex-  
 emplar autem sit primo in sermone, ut nihil praeter scripturas sacras doceat, et solidam  
 doctrinam, semper de honestis loquatur, obloquatur ne mini, omnia mitius interpretetur  
 265 ut humiliter, mansuete, pudice, sobrie, et amanter ad omnes sese sine hypocrisi exhibeat,  
 paratus omnium commodis pro mouendis, sollicitus de necessitate proximi, magis quam  
 propria corporali ac spiritua li. Praeterea in dilectione, charitate scilicet dei et proximi  
 propter deum, ut nedum uerbo et opere, sed corde quoque et animo faueat synceriter, non  
 ob commodum priuatum, etiam inimicis, externis, immeritis, ingratis, ut emendentur et  
 270 proficiant. In fide) quoque addit. Vt totus ex deo pendeat, sese totum deo committat:  
 omnia quae eueniunt, deo accepta referat, non dubitet de gratia et clementia dei. Christi  
 beneficia credat, ac iugiter meditetur. Dei gloriam quaerat in omnibus, uerbis dei assistat,  
 credat, discat, doceat. Defendat ueritatem fidei catholicae et sa crae scripturae, non ferat  
 infideles. Tandem castitatem uel puritatem addit. Fides enim Christiana cor mundum  
 275 creat, uerba spurca non patitur, opera turpia ex animo exhorrescit, nihil mixtum, uarium,  
 impurum, duplex et insyncerum ad.

## AD TIMOTH. CAP. IIII.

[ p.511 ]

mittit; omnia autem sint simplicia, dextra, certa et pura quae agit et loquitur, Castitatis  
 uirtute libido regatur, et minime regat corpus uel animum.

*Dum uenio attende lectioni, exhortationi et doctrinae,*

280 Non otiosus semper expectes aduentum meum, noli mihi perficienda absentis et uenturo  
 reseruare, quae tu praestare poteris: interim lectioni instes scripturarum sacrarum, unde  
 possis et subditis proficere. Non manibus uerses nisi sacros codices, non mundanarum  
 uanitatum dogmata, non philosophos doceas, sed leagem et prophetas ac Psalmos, id est  
 canonem scripturae ueteris. Euangelia enim eo tempore apostolorum praedicationibus  
 discebantur, donec describerentur et euulgarentur per discipulos. Haec, inquam, tunc  
 285 legebantur ab apostolorum discipulis, non fabulae gentium uel iudaeorum. Non  
 autem simplicem lectionem indicit, sed ad intellectum, sensum, profectum et fidem, ne  
 tempus perdatur. Non ut hactenus horae canonicae lectae sunt pro more et praecepto,

sed ut primi illi pa tres ad minus in anno, totas sibi scripturas praelegebant. Quibus  
 290 successores commentaria adscripserunt et annotationes: quae si extarent, superflua  
 haberentur quae hodie conscribuntur. Vnde et Romanae ecclesiae consuetudo inoleuit,  
 ut clerici et episcopi certis temporibus libros legere debeant, ueteris et noui testamen  
 ti, iuxta dispositionem Gelasii Papae, ut habetur in Decretis, distinct. 15. Canone, qui  
 incipit, Sancta Romana ecclesia. Idque nominant Ecclesiasticum officium, sic per  
 295 anni ciculum digestum, ut Pentateuchum legant a Septuagesima, per septem seilicet  
 hebdomadas septem libros, quinque Mosis, cum Iosue et Iudicum. Deinde per quindenam  
 Ieremiam usque ad Pascha, cuius diebus Homeliae sanctorum leguntur, et euangelia  
 festi. Deinde usque ad Pentecosten Apocalypsim, Acta cano nicaeque epistolae. Deinde  
 usque ad calendas Augusti, libros Regum et Paralipome non. Per Augustum Salomonis  
 300 libros. In Septembri Iob, Tobiam, Hester et Esdram legi ordinantur. In Octobri autem  
 Machabaeorum libri. In Nouembri, Ezechiel, Daniel, et minores prophetae legendi.  
 Tandem in Decembri, Isaias. Post na talem domini, epistolae Paulinae omnes usque ad  
 Septuagesimam. Haec habet Romanum ordinarium, et prisca ecclesiastica traditio: quae  
 utinam seruata fuisset, intermissis Legendis dubiis sanctorum, et id non transisset in  
 consuetudinem tantum legendi, non etiam intelligendi sacrosanctas scripturas, melius  
 305 certe interim ecclesia profecisset. Quod utinam uel posthac feliciter agendum tentetur a  
 minia stris ecclesiae, ut praemissa oratione ex Psalmis uel alia, intendant lectioni sacrae  
 scripturae, canonicas scripturas horis canonicis ruminando, magis quam uocaliter mur  
 murando et cum taedio. Nec tamen interim oportet obmittere etiam sacramentorum uice,  
 saecularium authorum utiles libros, et liberalium disciplinarum studia. Semper tamen et  
 310 ubique curato, ne quid nimis, et ut sapiatur ad sobrietatem. Nec ualet exemplum Christi,  
 qui orasse frequentius legitur quam legisse. Discere enim Christus sacra non potuit, sapientia  
 dei patris. Nos scripturas scrutari iubemur, et incumbere lectioni. Paulus eruditissimum  
 Timotheum admonet, ac praecipit seriose, ut sana doctrina imbuatur, quam et doceat in  
 ecclesia, ut et contradicentes reuincere possit, et redarguere. Exhortationi quoque iubetur  
 315 attendere: non enim lectio sufficit, sed exhortanda est ecclesia ad fidem in Christum  
 et apostolicos mores, non cogendo sed exhortando, ut imperfecti instituantur. Vitia,  
 infirmitates, et imperfectiones carnis dulcibus uerbis disuade, si locum inueniant: non  
 terribiliter ac imperiose manda, non mineris, non dure increpes, sed exhorteris suauiter,  
 sed instanter et sine intermissione, non leui capta occasione remittendo studium, uel  
 320 desperando de deigratia. Doctrinae quoque instare iubet Paulus, ut ex

## COMMENT. IN I. EPIST.

[ p.512 ]

serinturis diuinis ostendat, euincat, doceat, sic se habere omnia iuxta del legem et sacras  
 literas, ut in ecclesia praedicatur a ueris apostolorum discipulis, ne quae dicantur sint  
 incerta et opiniones, sed scripturarum fide et autoritate solidata.

*Noli negligere gratiam quae in te est, quae data est tibi per prophetiam, cum impositione  
 manuum presbyterii.*

Donum prophetiae, hoc est gratia interpretandi sacras literas, affluentius ei datum erat quam  
 325 caeteris, ideo episcopus ordinatus est, cuius officium est docere legem dei. Nihilominus  
 tamen lectioni instare iubetur, ne obmittatur locorum collatio ut certior interpretatio

haberetur. Non enim quaelibet passim concinnata enarratio sufficit, sed quae desumitur ex scripturis, nisi manifesta sit lectio. Hanc in te prophetiae gratiam uide ne negligas, ne talentum creditum abscondas, sed usu et exercitio quotidiano usuras referas domino  
 330 tuo debitas et exigendas. Cum tibi presbyteri et seniores imponerent manus, ut esses episcopus, prophetiam quoque habebant, te futurum idoneum huic officio, quia donum spiritus et gratiam suscepisses docendi ecclesiam. Eo igitur prophetiae dono utere sollicite, et ne negligas, sed doce, exhortare et insiste pro uiribus, iuxta acceptam gratiam, per manuum impositionem in profectum ecclesiae tuae.

*Haecmeditare, in his esto, ut profectus tuus manifestus sit omnibus: attende enim tibi et doctrinae, insta in illis. Hoc enim faciens, et teipsum saluum facies, et eos qui te audiunt.*

335 Admonui te legis diuinae praedicandae, et Christianae fidei articulorum, instare lectioni, exhortationi, ad fidem, spiritum, dilectionem, puritatem, conuersationem et sermonem. Haec, inquam, meditare, ut apposite, sufficienter et fructuose loquaris de eis, non impraemeditate et temere, deque fabulis. Nondum commendauit tibi quicquam de Missis, consecrationibus, confessionibus, exorcismis, defunctorum animabus, et officio ceremoniarum. Quae, quia non accepi a domino, ideo eorum nihil tradidi tibi, quamlibet  
 340 insignis apostolicae ecclesiae episcopo, fidelis apostolus. In his itaque quae tibi proposui totus esto, studium omne confer, et cura sollicite ut fiant: et ita fiant, ut per haec proficias patenter in subditis, et in ecclesia tua tanta, ut prosit omnibus pastoralis cura tua, ut sciant ex spirituali commo do suo se habere episcopum, doctorem et pastorem  
 345 idoneum. Vnde et proficiant semper in melius, et crescat indies fides et conuersatio Christiana. Attende quoque tibi et doctrinae.) Ne culpa doctorem redarguat, ne actio orationi repugnet, sed sana et irrefragabilis sit doctrina tua. Contra et praeter quam nulla introducatur in ecclesiam, sed ea ut certa ac firma statuatur et propugnetur. Insta in illis docendo et agendo, ut proficiat populus. Illa, inquam, non alia propone, inculca, defende.  
 350 Quae si pro uocatione et gratia dei feceris, officioque tuo incubueris, teipsum saluum facies, euades iudicium nequam et infidelis serui, et negligentium pastorum, sua quoque tantum quaerentium, gregem deserentium uel perdentium. Non audies comminationem et grauem damnationem pastorum sese pascentium, eorum te periculo eximes, etiamsi non acquieuerint, contemnant autem et reiciant, non credant, et damnentur. Tu tamen  
 355 liberabis animam et conscientiam tuam, principi pastorum gratam referes rationem. Si uero audierint et fuerint obsequuti, si monitis iustitiae et sanae doctrinae tuae dociles animum apposuerint, ut ea perficiant, tu quoque illis causa salutis eris, et una tecum saluentur, et salutis suae fidum te fuisse ministrum testabuntur fideles.

AD TIMOTH. CAP. V.

CAPVT V.

[ p.513 ]

**S***eniorem ne increpaueris, sed obsecrauit patrem, iuuenes ut fratres, anus ut matres, iuuenulas ut sorores, in omni castitate.*

Modestia iuncta authoritati, necessaria est episcopo, neminem non obseruet, nullum

negligendo praetereat, omnes curet, proficiat omnibus, et medeatur. Etiam si grandioris aetatis sint, si quid contra ea quae docuerit episcopus, ab illis fieri et committi uideat, hoc est, contra legem dei comiter, amice, pia admonitione, sine supercilio et fastu, et sine  
 5 seueritate corrigat. Non facile seniores ferunt a iuniore moneri, multo minus increpari seuerius, uel saeuus obiurgari. Et tamen insolentia senum ne utiquam dissimulanda est, ne ob senium et annos ipsorum delicta et mores in auctoritatem et exemplum trahantur a iunioribus, procliuioribus ad mala sectanda. Corrigi ergo senes debent, sed non saeuitia, non uerborum duritia, sed blanditiis, lenitate grata et matura, ac quasi reuerentiali in-  
 10 sinuatione admonendo, non contumeliis irrogandis, quae ferri non possunt a senibus, quin magis exasperantur. Seruanda igitur reuerentia est, et ratio aetatis, sed tamen non intermittenda admonitio transgressionis, uerum non uelut imperiose, sed cum modestia. Si uero senes omnino stulti sint, et inueterati dierum malorum, et publico scandalo patrocinant, senectutis suae auctoritate iuniorum insolentis exemplo uel uerbo, iam  
 15 Danielis exemplo utendum est, et pro rei indignitate rigide tractandi. Semper tamen decet iuuenem praelatum modestia in uerbis, de quibus hic agitur, ad senes, quatenus magis condolentia et dolor malitiae et rigoris necessitas urgere uideatur episcopum, quam contemptus senectutis, uel praesumptio praelationis, quam iuuenes declinent. Iuuenes ut fratres.) Solemus uariis modis alloqui et corrigere fratres insolentes, iuxta  
 20 cuiusque indolem, ut unum durius alloquamur, alterum familiariter affectuque suauiori: aliquando et de industria irritamus, etiam intendentes turbare aliquem, sed ut citius respiscat. Nunquam tamen infamia publica afficiendi sunt iuuenes, nec contemptu uili afficiendi coram multis: praeuenienda est iactura famae et honoris, dum salua omnia ad huc sunt, et honestatis spes in adolescentibus, ne semel confusi, animum  
 25 despondeant, et desperatione reddantur peiores. Ideo contra externos accusatores studiose potius excusandi sunt iuuenes, defendendi et uindicandi: uerum familiariter et amice conueniendi sunt cum digna duritia, ut intelligant fidem et amicitiam: si publice propugnentur, priuatim obiurgentur cum modestia. Sic fratrum animi conciliandi sunt, sic emendandi iuuenes: sic proficitur, si omnia ex sincera naturalique fraternitate  
 30 tententur et aptentur: caeteris tamen paribus, ut non sint procaces et filii Belial. De Christianis enim fit sermo et coaetaneis, ad quos pro charitate afficiamur, ut consulere cupiamus, dum scilicet agnouerint se amoris tantum causa admoneri et corripi, non odio. Anus ut matres.) Honorifice alloquendo, commonendo, dedecus ostendendo, quod illas maneat, erubescant incutiendo, ex proposita rei indignitate, non contemptu,  
 35 odio, maleuolentia, sed uerbis modestis, ne magis irrentur quam emendentur, et ad desperationem adigantur, et tristitia obruantur, bis contemptae, ex uitio scilicet et aetate uel fama. Iuuenulas etc.) Amanter ac sincere sorores alloqui consueuimus, ac sine formae uellibidinis quacunque habita ratione, tantum ut consulamus honori et rebus agendis. Sic dum episcopus uel parochus necessitate adigitur ad alloquendum iuuenulas,  
 40 breuiter id faciat, sincere, grauius et caute, omnia obmittens leuitatis signa, uerecunde composite, et ordinate ad disciplinam, ne quo pacto sinistrae su

## COMMENT. IN I. EPIST.

spicionis indicium proferatur, et castitatis fama periclitetur, etiam si nihil mali in tercedat. Ab omni enim mala specie abstinendum, cum et lubrica sit fama pudoris, maxime

[ p.514 ]

episcopo inter iuenculas et adolescenti, quantumlibet grauis sit moribus: nemo enim  
 45 satis et omnibus horis sapit, hac potissimum in causa.

*Viduas honora, quae uerae uiduae sunt. Si qua autem uidua filios habet aut nepotes, discat primum domum suam regere, et mutuum uicem reddere parentibus, hoc enim acceptum est coram deo.*

Ex consequentibus contextuque literae uel sermonis satis intelligitur, is honor de quo hic  
 dicitur, deferendus uere uiduis, hoc est omni auxilio uiduitatis et sola tione, quae scilicet  
 marito, filiis, nepotibus, et diuitiis destitutae, despiciuntur, et misere animam trahere  
 permittuntur. Non patiat episcopus huiusmodi male audire, indigere, odiri, maleque  
 50 tractari, sed eam, si uere sit uidua, ecclesiae nomine defendat, suet, consoletur, de  
 sumptibus ecclesiae, et collectis in synaxi fidelium, prouideat talibus uiduis in communi  
 de necessariis. Idem autem intelligendum de omnibus ecclesiasticis personis, eadem  
 miseria laborantibus, pupillis, orphanis, infirmis, peregrinis, et qui sua pauperibus  
 erogarunt, ut postea necessariis egere cogantur. In summa, curet summopere episcopus,  
 55 ut nemo inter Christianos sibi commissos indigeat, uel mendicare cogatur. Si qua autem  
 etc.) Si aliqua non sit uere uidua, sed marito tantum uiduata, non autem filiis, nepotibus  
 et diuitiis, istam non tuebitur episcopus sua sollicitudine, sed qui id possunt filii et nepotes,  
 uictum illi administrantes et amictum: ipsa uicissim eos moderetur, instruat, moueat, et,  
 si potest, nutriat, foueat ac doceat: perinde ac se quoque simili humanitatis officio nouit a  
 60 parentibus educatam. Debent enim patres thesaurizare filiis, non contra. Nec huiusmodi  
 uidua suscipiatur ad collegium uerarum uiduarum, sed domui et familiae suae potius  
 praesit et incumbat. Hoc enim domino placet, ut prouectiores aetate et prudentia praesint  
 iunioribus: et qui aliis benefacere possunt, non patiantur otiosi sibi benefieri cum iactura  
 egentium, et officium exigere, qui debent praestare et possunt. Discant primum etc.) Non  
 65 se talis uidua intromit, tamen ministerio ecclesiae, dimissa familia fillorum nepotumque  
 suorum, istis suis potius praesit et inuigilet, benefaciat, et regat propriam domum: quam  
 ubi bene rexerit, regendoque exercitior euaserit, postea ecclesiae deseruire legitime  
 poterit, si ad hoc per episcopum sexagenaria deligatur.

*Quae autem uere uidua est et desolata, speret in deum, et instet obsecrationibus et orationibus noctu die: nam quae in deliciis est, uiuens mortua est.*

Describitur hic uere uidua ea dici, quae solatio huius mundi caret, marito, filiis, nepotibus,  
 70 possessione: sperat autem in domino, et omnem spei suae fiduciam collocat in deum, qui  
 pupillum et uiduam suscipiet. Non utitur hoc mundo, non sectatur gaudia huius mundi,  
 et carnis libidines, sed uacat orationibus et audientiae uerbi dei, seruitio indigentium,  
 consolatione afflictorum, sine intermissione cogitat quae domini sunt, exonerata molestiis  
 huius uitae, et domesticae sollicitudinis, quomodoque placeat marito, sed deo uacat soli.  
 75 Talis est uidua, mundo neglecta, deo autem coniunctissima et commendatissima.  
 Die noctuque, ait. Si cut de Anna legimus filia Phanuelis, quae Christum suscepit  
 oblatum in templo. Vidua uero quae in deliciis uersatur, non seruiens deo, nec uacans  
 orationibus, sed libertate abutens, delicias sectatur, otio uacat et multiloquio, uinolentiae,  
 tra

## AD TIMOTH. CAP. V.

[ p.515 ]

80 dita libertate in occasionem carnis. Talis, ut maxime suauiter iuxta carnem uiuat. mortua  
tamen est spiritu, gratia dei priuata, Christo non uiuit, quia non pietatis studet. Tales ab  
ecclesia nutriri minime debent, cum sint opprobrium et diffamia ecclesiae, sed corrigi  
potius ac puniri oportent, si quo modo reuiuiscant in Christo per poenitentiam.

*Et hoc praecipe, ut irreprehensibiles sint.*

85 Officii quoque tui est, circa uiduas curandas, ut eas doceas maturitatem, et cir cum-  
spectionem tantam, ut nihil sinistri de eis suspicari uel dici possit, ne laxius uiuant  
ob libertatem suam in uiduitate, ne scandalo sint ecclesiae: uideanturque non ob reli-  
gionem et castitatis amorem abstinere a secundis nuptiis, sed ad fatiscendum libidini  
exoneratae maritis.

*Si quis autem suorum, et maxime domesticorum, curam non habet, fidem negauit, et est infideli deterior.*

90 Quanquam haec sententia uel regula de uidua dici uideatur quae non est uere uidua, quae  
curare iubetur familiam, potius quam ut uel ecclesiae commendetur alenda, uel eidem  
ministratura, sed potius docetur praeesse suae domui. De quibus uiduis re uera Paulus  
haec quoque retulit. Veruntamen generalis gnome uidetur, pronunciata ab Apostolo  
uniuersaliter de uiris et mulieribus, uiduis et maritis. Volens neminem sic curare aliena,  
ut propria familiae suae necessaria et domesti corum suorum, quibus dei prouidentia  
95 rector ac prouisor constituitur, curam negligat uel reiciat, ut ea tantum ratione ora-  
tioni uacare eligat, ne cogatur proximorum necessitati inseruire. Quin hac sententia  
Pauli iubetur paterfamilias quicumque et materfamilias, domesticorum administrationem  
diligenter gerere, non secus quam si a domino specialiter eorum curam demandatam  
suscepisset. Quod si abiiciat instituendae prolis curam, regendae domus, sustinendi  
100 molestias proximorum, de quibus deus mandauit cuique : eligatque obmissis istis, uacare  
propriae deuotioni, ecclesiae ministrare, religiosus ad speciem fieri, deoque secundum  
proprium suum sensum seruire, hic tantum abest quo deo placeat, ut magis infideli  
deterior definiatur a spiritu dei. Qui uero legitime curat suam familiam, ut Abraham,  
Isaac, Iacob, Ioseph, et caeteri, id sane agit quod natura iussit, et dominus praecepit.  
105 Qui uero pro arbitrio suo agenda eligit, et quae deus mandauit obmittit, dominum men-  
daces et mutabilem facit, aliudque uelle, aliudque iubere credit: id quod fidei aduer-  
satur. Maxime autem quod infideles quoque naturae ductu optimo et minime improbo,  
proli prospiciunt et proximis. Idipsum deus praecepit, natura bestiis quanlibet ferocibus  
indidit, et ratio naturalis aequissimum iudicat. Illud hii suo sensu abum dantes despiciunt,  
110 propterque traditiones proprias et humanas statuendas domini dei mandatum transgredi-  
untur. De his ex Plinio et Petrarcha aliisque, ut ubique, et ex scripturis sacris multa  
adduci possent, nisi clarior esset haec Pauli sententia Sole, et uerior statutis humanis.

*Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quae fuerit unius uiri uxor, in bonis operibus testimonium habens: si filios educauit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationem patientibus subministrauit, si omne opus bonum subsecuta est.*

115 Ecclesiae apostolicae primitiuae ecclesiastici, tunc et deinde dicebantur non tantum clerici, sed et omnes pauperes, orphani, pupilli, et in primis uiduae, hoc est, orbatae uel desolatae uiris filiis et possessione, nonnunquam ob fidei confessionem

## COMMENT. IN I. EPIST.

[ p.516 ]

spoliatae. Bona autem ecclesiae erant, quae sabbathis uel dominicis diebus, post au ditam fidei doctrinam colligebantur, nemine uacuo comparente. Collecta autem siue ad esum pertinerent, siue pecuniae, benedicebantur ab episcopo, et per diacones, id est ministros ecclesiae, ad episcopi fidelis dispositionem ecclesiasticis talibus diuidebantur, prout cuique opus erat: de quibus quoque episcopus et diaconi cum sua familia, uxore et 120 filiis sustentabantur ad uictum et amictum, quibus et contenti erant: non ad abundantiam uel luxum. Peregrini etiam fratres, boni testimonii, reficiebantur, uirgines pauperes, et infirmi. Nemo egere uel mendicare permittebatur. Temporis autem successu testa- mentis fidelium, et munifica diuitum largitione huic usui prouisum est, et indigentium 125 consolationi. Alicubi etiam ex decimis et possessionibus agrorum ac domuum fortassis. Tandem deuotio prin cipum, et simplex religionis amor, Christianaque religio regum, cum non possent ipsi prospicere pauperum necessitati, occupati rebus suis et officiiis, huiusmodi onus et studium inseruendi et distribuendi necessaria egentibus commendauit religiosioribus personis, et probatae sanctimoniae uiris, abbatibus et monachis, qui ut 130 tunc praeter arctum uictum et amictum, in summa parsimonia uicitabant aliquandiu: nec suspicio aliqua fraudis locum haberet, ne non dispensarent illi serui dei necessaria indigentibus illis sibi commissis. Eis quoque personis ecclesiasticis sacris literis incum- bentibus, inque spiritualibus populo seruiantibus, orphanis quoque et uiduis, hospitibus et infirmis. Vnde et usque hodie in uetustissimis monasteriis et collegiis bene ordinatis, 135 ordinationes de lectionibus quotidiana nis sacrae scripturae, infirmorum curandorum offi- ciales, hospitum susceptores, scholastici, qui pueris praesunt instituendis, sacerdotes sacramentorum dispensa tores. Episcoporum uero uel abbatum proprium munus erat proponere uerbum dei ad ecclesiam. Semper tamen durauit festis diebus oblationum collecta proec clesiasticis. Temporis autem lapsu, proque morum mutatione, deprauatis 140 omibus, charitate frigescente, quaestu autem luxuque irrepente paulatim in ecclesiasti- cos, bona ecclesiastica et diuitiae in usum pietatis datae cesserunt in maximum abusum, continuoque magis inualust in dedecus cleri et monachorum. Episcopi enim principes facti sunt, imo ex principibus facti sunt episcopi. Monachi et abbates satrapas se gerere coeperunt, suisque priuatim usibus applicare bona ecclesiastica, et pauperes negligere, 145 quos in sua mensa habere iussi erant, uel aliis rationibus aliquantisper prouidere, ex- tractis hospitalibus. Religiosi caeteri plus q̄ mundani facti sunt, quos suis coloribus et dignis depinxit ante quadringentos annos D. Bernhardus, et ipse monachus, qui dum reformationem monachorum meditatur et incipit, longe ditiores, et ceremoniis addic- tiores, orbique Christiano inutiliores post se reliquit, et diuitiarum corrasores, sub pietatis 150 specie auariores, quam ante eos fuissent Benedictinenses, quos Bernhardus obotium et diuitias digne traduxerat in Epistola uel Apologia sua ad Gulielmum abbatem, digna

155 quae legatur a piis et impiis monachis, speculum sane nouissimi monachatus. Omnino  
 autem qui spirituales nunc dicuntur et religiosi, toti facti sunt animalia uentris, praeter  
 cantum et murmur suum, otio tantum incumbunt: quod quas sequelas relinquat, scriptu-  
 ra et tota philosophia docet, et rerum usus cum experientia. Hodie non sexagenariae  
 uiduae eliguntur uel uirgines domino educandae, ad ecclesiae obsequium et honorem,  
 sed filias quas odiunt, et per quas posteros non dignantur, quas sub palio religionis  
 malunt meretrices in irreformatis coenobiis, quales maximo passim numero habentur,  
 uel anxie ac turpiter in conscientiiis urendas et desideriiis, quam matresfamilias fieri.  
 160 Filios quoque suos in monasteriis nebulones et lenones agere

## AD TIMOTH. CAP. V.

[ p.517 ]

imuni, et nuuriunt oblationibus adulteros, ubi et impinguntur et luxuriantur. de bonis  
 ecclesiae. Non est hic locus excusationis multorum pessimorum hominum, obpaucos  
 bonos, sub arcta disciplina ad honestatem coactos. Siquidem cancellis tantum regu-  
 laribus, et timoribus poenarum continent sese apud homines, quicquid secreto in corpore  
 165 et conscientia, naturali necessitate et usu eueniat, cum dominus pectus, conscientiam,  
 animum et cor exigit pacatum et pium, totaque fiducia sibi sana conscientia inhaerentem.  
 Non quidem sine omnibus peccatis, sed sine diffidentia emendandi errata, quae uotis  
 tantum impediri non possunt, nec quacunque abstinentia et rigorosa corporis castigatione.  
 Quae naturae peccatricis propensio nititur tantum in uetita, et a uoluntate hominum  
 170 quamlibet sancta non pendet, gratiae dei promissionem non habet ex uerbo dei. De  
 quibus multa dicissent, iamque dici inceperunt a multis bonis uiris, qui ecclesiasticum  
 statum cuperent non abolitum, sed uerbo dei reparandum in melius, quod huiusmodi  
 perpetua uota ignorat et improbat. Interim dum uentris haec animalia nutriuntur in col-  
 legiis quibuscunque, pauperes caeteri pupilli et uiduae negliguntur a clericis: quicquid  
 175 corradere possunt, reponunt in census, unde augeatur numerus hoc pacto deum uentrem  
 colentium, cantorum et otiosorum hominum, ut in immensum uideamus succreuisse  
 multitudinem, solo nomine spiritualium, re uera autem carnalissimorum scortatorum  
 cum suis spuriiis et meretricibus. Omnia sub praetextu nominis cultusque diuini. Sus-  
 ceptores autem hospitum, infirmorum saeuiores, plagarum horribilium et grauium  
 180 infirmitatum curatores, pupillarum et uiduarum patroni, cum re uera ecclesiastici sint,  
 hodie saeculares uocantur, nisi ubi pro diuitiarum collecta, religiosorum domus nomi-  
 nantur Hospitalia, ut nihil sit integrum. Haec autem uiduae, de quibus hic Apostolus,  
 non omnes assumebantur ad stipem uel annonam ecclesiae, uel etiam ad tutelam, sed  
 eligebantur ad praeceptum apostolorum et apostolicorum uirorum: tales autem quae  
 185 hic describuntur. Non minoris aetatis quam sexagenariae, ne semel susceptae in cura  
 ecclesiae, redeuntes ex carnalitate ad coniugium: uel per aetatis lubricitatem peccantes,  
 probro magno afficerent ecclesiam, neue impudicitiae suspicio locum haberet, quia ad  
 istam aetatem prouectae, et uiribus destitutae manuum labore se nutrire amplius non  
 possent: essent autem uerae uiduae, hoc est solatio et patrimonio destitutae, integrae  
 190 autem famae. Additur autem, Quae fuerit unius uiri uxor, de qua scilicet non sit suspi-  
 cio intemperantiae per aetatem et pristinam conuersationem, qualis autem notaretur, si  
 saepius nupsisset, deque maritorum possessionibus ditior euadere potuisset. Laudi enim  
 dabatur non solum in ecclesia prima, sed et apud gentiles, si nuptiis secundis casta ab-

stinuisset mulier, et non parua nota censebatur uel dedecus denuo nupsisse, uel saepius.  
 195 Hoc quidem quanquam apo stolus non omnino probet, placuit tamen ut continenter  
 uiuant quae possunt, et non iterent matrimonium, si sint prouectoris aetatis, caeteris  
 paribus. Mandat au tem et uult uiduas iuniores nubere, quod tutius sit, et continentiae  
 necessarium remedium, quae nuspiam purior, sanctior et tutior inuenitur et faciliior,  
 200 quam in sacro matrimonio, quod et suam continet claritatem casta generatio, exemplo  
 sanctissimorum hominum. Interim ingens cauetur periculum et scandalum exstiale et  
 intolerabile. Quod autem hic ab Apostolo ueluti peccatum notari uidetur bigamia uel  
 secundae nuptiae, siquidem secundo nuptam indignam iudicat stipe eccle siastica, hoc  
 agit, consulere uolens honestati, adactus spiritu apostolico, et fidelium famae apud tunc  
 205 temporis infideles, nolens id honoris deferri foeminis, quae ob im pudicitiae notam a  
 gentilibus reproarentur, cum hic tantum ageretur de subsidio

## COMMENT. IN I. EPIST.

[ p.518 ]

corporali, quod talibus poterat abalns, et modis ains compeniari. Interimuero con-  
 solebatur paci et tranquillitati reliquarum uiduarum ecclesiasticarum, quae non sine  
 murmure huiusmodi admisissent suo contubernio, uel sibi aequari sustinuissent. Nihil  
 tamen syn ceritati conscientiae adimebatur, quam ut liberam seruaret, uel inuitis uel  
 210 damnantibus gentilibus, qui secundum mundum sapiebant, secundas nuptias improbant  
 in mulieribus, non in uiris: ipse fidelis existens Aposto lus non solum permittit, sed  
 praecepit secundas nuptias iunioribus uiduis, ne deterius contra deum peccetur, quod hoc  
 indulto praeueniri possit. Arcet autem hu iusmodi a stipe ecclesiastica, consulens famae,  
 215 paci et castimoniae: non ut apud deum ream, sed infirmorum infamationi obnoxiam apud  
 gentes. Sicut et sterilitas uxor is apud Iudaeos probro non carens, eadem ratione arcetur,  
 quae tamen noxa carere constat apud deum et homines, sed non apud Iudaeos, quibus  
 sicut benedictio erat filios generasse, et promissionis donum: sic caruisse maledictio  
 putabatur, et ut infausta et misera plangebatur. Sterilis autem aliquandiu mulier, si  
 peperisset tardius, ingens gaudium protulisset caeteris uicinis mulieribus. Dicitur conse-  
 220 quenter. In bonis operibus testimonium habens.) Exigebatur charitatis et misericordiae  
 exercitium omnibus notum, ut eius honor et fama religiosa nota fieret toti ecclesiae, a qua  
 sustentanda erat uidua, ne forte fauore et falsa laude promotam dicerent, sed conspicua  
 essent multis testibus, pietatis suae digna opera et studia sancta. Si filios educauit.) Non  
 dicitur, Si filios peperit, licet id uide ri possit significasse, liberos scilicet generasse et  
 225 educasse, fortassis fuerat supplen dum religiose, honeste et laudabiliter: uel ut sterilis  
 arceatur ab ecclesiastica stipe in gratiam Iudaeorum. Quanquam probabilius uideatur de  
 non sterilibus inten disse, quandoquidem quae sterilis tanta aetate perstitisset, molestiis  
 liberorum carens, sibi prouidere laborando poterat, de sustentamento senectutis suae,  
 Similiter si generans filios statim amisisset nondum educatos. Quin et si improborum  
 230 filio rum uelfiliarum mater, potuit detestabilior uideri contubernio sanctarum uiduarum.  
 Negari denique non potest, infelicissimum apud Iudaeos habitum, si uxor sterilis cuiquam  
 contigisset, quae et ut infausta, admittenda non uideretur ad stipem.

Si hospitio recepit.) Hospitalitas in ueteri et noua lege impense laudatur, et apo  
 stolorum tempore suscepisse praedicatores euangelii, et pro ueritate extorres patria,  
 235 egentes, uagos et peregrinos, magnum pietatis officium non indigne habebatur: nec

fidelis aestimari poterat, qui huiusmodi aliquando exclusisset hospitio, uel indigne tractasset. Nec digna erat ecclesiastico nutrimento, qui euangelistas Christi et ecclesiae doctores ac plantatores opulenta domo repulisset, uel negasset hospitium.

240 Si sanctorum pedes lauit.) Sine calceamentis ambulantium primum et facile beneficium est, lauare pedes. Hoc Abraham exemplo docuit et Lot, ut fatigati suauius quiescant. Christus quoque in ultima coena idem officium discipulis commendauit, charitatis monumentum, et praecepit mutuum exhibere ob humilitatis exercitium, quae charitatis fomentum esse consuevit. Sanctorum dicit, pro praedicatione euangelii discurrentium, et fidelium  
245 in causa fidei et salutis laborantium, uel sustinentium exilia et expulsionem pro uerbo dei, et uera fide praedicanda in mundo. Subdit quoque : Si tribulationem patientibus subministrat.) Si enim ex doctrina euangelica omnibus petentibus tribuendum est, si praedicatoribus nihil possidendum, si pro euangelio asserendo omnia dimittenda sunt, si multa patienda, si de ciuitate in ciuitatem fugiendum, si non claudenda uiscera abe-  
250 non sit paratus impartiri egenti Christianus, certe ecclesiastica disciplina

## AD TIMOTH. CAP. V.

[ p.519 ]

Ipiritu sancto ab apostolis edocta est, ut huiusmodi pauperes uel sic depauperati necessariis non fraudentur, sed Christi praeceptis obedientes, Christi quoque prouidentia necessariis non indigeant. Non enim fieri potest, si iuxta euangelium uiuatur, ut desit cuiquam uitae necessarius prouentus et suppetentia, quibus centuplum etiam in hac uita promittitur. Dicitur autem tribulationem patientibus, non oblectamenti, curiositatis,  
255 instabilitatis, fastidiosi otii, auaritiae, superbiae uel consolationis gratia discurrentibus subministranda hospitalitas huiusmodi, sed pro ueritate et euangelio patientibus gratia impertienda laudatur et muneratur. Fuerunt enim tunc quoque ut nunc pseudapostoli, qui domos uiduarum deglubebant, seducebant uariis doctrinis, ueros apostolos persequebantur, commoda, gloriam et solatia propria sectabantur. Non uult Paulus talibus,  
260 sed tribulationem pro iustitia patientibus ministranda esse uitae necessaria. Si omne opus bonum subsecuta est.) Si studiosa fuit aemulatrix operum bonorum, quae per eam fieri potuerunt: si dedita officii pietatis, si assidua in omni bono opere. Non sufficit quae dam egisse bona, nullum potius obmisisse laudabile est, ubi adfuisset facultas.  
265 Huic iusmodi uiduas pauperes ecclesia nutrire debet: quin et uiros his dignos laudibus recitatis, de bonis ecclesiae debetur diuino iure sustentatio. Non sunt enim bona ecclesiastica templorum et aedificiorum, pinguiumque ac otiosorum clericorum, sed ministrorum ecclesiae, et honestorum pauperum necessitatem habentium. Illorum maxime, qui profuderunt sua propter euangelium in usus pauperum, quique toti propensi in opera  
270 pietatis, neglectui habuerunt temporalia bona sua.

*Adolescentiores autem uiduas deuota.*

Viduas intelligit omnes iuniores foeminas, extra matrimonium uiuentes, uel absentibus maritis habitantes solitarie, ut sunt etiam sanctimoniales, et de quibuscunque scandalum uel uiolenta suspicio nasci posset. Non enim tutum est, nec suspicione uacat, si episcopus frequentet uiduas iuniores, a qua suspicione omnibus modis antistiti et doctori  
275 abstinendum. Non hic Apostolus meminit negorii confessionis, ut uel excipiat, uel in

manifesto fieri, et breuiter expediri cum multa maturitate ea colloquia ordinet: proque  
 conscientiarum scrupulis secretis explicandis leges non decernit cum mulierculis agendi.  
 Quod ut maxime necessarium, a monachis et plebanis diligentissime praedicatum est,  
 quod tamen uidemus in omnibus apostolorum epistolis et ordinationibus neglectum,  
 280 haud dubie ut minime necessarium, alioqui si tam necessaria ad salutem fuisset haec om-  
 nium peccatorum confessio auricularis, ex qua nostris temporibus et antea tot personae  
 periclitatae sunt, in suis conscientiis audiendo et confitendo occultissimas tentationes  
 et crimina, certe apostoli tale aliquid scripsissent. Et quod infelicissimus Antoninus in  
 suo confessionali docuit, id dudum sancti episcopi et doctores, Cyprianus, Augustinus,  
 285 Ambrosius, Chrysostomus, et Hilarius minime obmisissent, qui nec unicum tractatum  
 ea de re scripsisse inueniuntur. De qua Summistarum authores mendicantes illi fratres  
 maxima uolumina aediderunt, et scandala conscientiis inextricabilia posuerunt animabus  
 piis.

*Cum enim luxuriatae fuerint in Christo, nubere uolunt habentes damnationem, quia  
 primam fidem irritam fecerunt.*

Iuniores uiduae adepta per mortem mariti libertate, discussoque timoris iugo et uere-  
 290 cundiae, expertaque carnis uoluptate, dum licentius uiuere incipiunt, occa sionesque  
 impudicitiae cibo, potu et otio non uitant, periclitari incipiunt, et libidine tentari ac uinci  
 incauta familiaritate et cohabitatione. Sicque sensim prolabantur

\*COMMENT. IN I. EPIST.

ad petulantiam, luxum et carnis lapsum, scandalizantque et infamant Christi sacrosanc-  
 tam ecclesiam, et nomen Christianum, quod subinde male audit propter eas. Tandemque,  
 295 quod secretius perperam egerunt, publica diffamia detegitur, et earum luxuria propalatur.  
 Quam suam ignominiam, dum euadere, contegere et excusare cupiunt, nubere deliberant,  
 matrimonium praetexunt, uel de nouo con trahunt. Habentes damnationem, primum  
 quidem in conscientia, et penes semetipsas, consciae sibi turpitudinis, confusae apud  
 semetipsas, deinde publice reiecisse fidem comprobantur uiuenti marito praestitam, sed  
 300 tantum per hypocrisim seruatam innotescit signis certioribus, dum fictam fuisse suam  
 castitatem testantur, et non ueram. Nunquam ex animi sententia maritum amasse solum  
 ostendunt factis, uel non ex fidei synceritate continuisse uidentur, sed ex necessitate,  
 dudum aliud facturae uel tentaturae, si per timorem zelumque mariti, et timorem op-  
 probrii licuisset. Si tamen non secreto simile tentasse maritata credetur, facile enim  
 305 deteriora hominibus de talibus ardent, ac persuadentur eredenda temere, tanquam quae  
 fieri potuerint et facta sint.

[ p.520 ]

*Simul autem et otiosae discunt circuire domos: non solum otiolae, sed et uerbosae et  
 curiosae, loquentes quae non oportet.*

Duplo delectat has uiduas, et placet licentia, post coactam continentiam. Gau dent enim  
 se a nemine impediri, quo minus exeant domos: solitudo domi displicet, lectioni enim et  
 orationi non instant. Inuitatio passim grata fit, dum non esteis domi curanda familia,  
 310 otiosae desident, parta dilapidant donec quicquam extat, uel stipe ecclessastica con-

315 tentantur. Otiosae circumcursant per alienas aedes, circumferunt rumores, comportant  
nugas, augentque suo more mendacii: insigniter uerbosae, loquaces, et nugaces, uanae  
et leues, neminem formidantes, libertatem suam in carnis delicias conuertentes. Curiose  
et dissolutae domum redeunt, in confusionem reliquarum uiduarum, demortuique mariti  
et propriam. Tandem autem abnegata fide, infidelium foeminarum more uiuentes, aduer-  
sus Christum instituunt blasphemiam. Confundunt ac diffamant ecclesiam, insolentiam  
suam hactenus palliatam produunt tandem, timore tantum poenae dissimulatam.

*Volo autem iuniores nubere, filios procreare, matresfamilias esse, nullam occasionem  
dare aduersario, maledicti gratia.*

320 Ad praecauendum tot malis muliercularum istarum, uolo magis ut uiduae iuniores non  
tam libere uiuant, sed denuo marito nubant, ut quae sese regere nesciunt, in officio et  
honestate per uiros seruentur, amputentur ipsis lasciuiiae causae, lenones procosque  
eudadant. Habeant quod domi curent, mariti copia et austeri, tas libidinis medeatur ardori,  
et ut petulantia compescatur, opprobriumque ac diffamiam effugiant. Filios et filias gignendo  
carne humiliantur, et sollicitudine regendi familiam. Habeant occupationes dignas  
325 iuueniculis, filios educando, curando, instituendo. Prae illis honestissimis uoluptatibus,  
alii pruritus ac libidines cessabunt. Occupatae erunt circa domus curam et necessitates.  
Familiam regant multa sollicitudine. Matresfamilias officium negotiosum obeant, die  
noctue. Exemplo praesint, iubeantque ancillis et filiabus. Vni uiro decenter inseruiant,  
cui castitate et uerecundia sanctoque timore placere meditentur. Haec apostoli Pauli  
330 uoluntas, non dubium est praeceptum esse, si periculum timeatur incontinentiae, otii,  
suarumque sequelarum, diffamiae et indisciplinae conuersationis. Cui concordat ratio,  
natura, aequitas, et uerbum dei, quod non omnes capiunt. Sic autem nubent

AD TIMOTH. CAP. V.

335 tes euadent, nedum incontinentiae periculum, luxuriae diffamiam, feruoremque uentis  
libidinis: sed etiam declinabunt oblocutiones, ne occasio praestetur aduersariis et  
detractoribus, male uel suspicandi uel loquendi de eis, interimque ecclesiae, si nihil confun-  
detur. Amputanda enim quantum fieri possit causa est omnis iustae suspicionis, maxime  
mulieribus, quibus ob sexus fragilitatem facile imponitur: sunt enim propensioribus  
affectibus communiter et leues, difficile reluctantes cupiditatibus. Vix illibata fama  
defenditur et euadit periculum diffamiae, etiam dum studiose omnia dispiciuntur, multo  
340 minus dum libertati nimium indulgetur.

*lam enim quaedam conuersae sunt retro post satanam.*

345 Admonet omnibus nota necessitas, dum uidemus ex huiusmodi uiduis iunigribus quas-  
dam turpiter uiuere, et scandalosam diffamiam incurrisse, uiduarum ecclesiasticarum  
sancte institutum collegium foedasse, quod licentiosa conuersatione sua propositum  
castitatis abiecerint, ecclesiam confuderint, postque manifestatam libidinem, et proditam  
fidem, nuptiis sese excusare, uel in totum post satae tentamenta abiisse, experientia  
docuit. Christo enim cui sese in castitate serui turas instituerant, orationibus et bonis

[ p.521 ]

operibus incumbendo seruire proposue, rant, turpiter et cum probro ecclesiae descuerunt. Quod autem a uoto emisso cuiquam, et rescisso descuerint, et uoti transgressores fuerint, non scribitur: quod coactae fuerint redire ad pristinam professionem suam, iussae perpetuo seruare quod uouerant uel instituerant, minime habetur in apostolicis scriptis. Non sunt excommunicatae, non incarceratae, nec uiolenter compulsae ad reditum: id enim tacetur ubique. . Suo periculo domino suo stabant uel cadebant. Non erant obseratae cancellis, nec, ut nunc, muris clausae, alioqui discurrere et nugari, ut praedicitur, non potuissent, uel abire post satanam. Omnia libere seruabantur. Apostolica tem pora et doctrinae uota omnia ignorabant. Sine uotis etiam primi monachi religiosius uixerunt, praeter uotum obedientiae, quod semper temporale erat, donec aliquoin loco, uel sub aliquo abbate uiuere religiose, et sine animarum periculo uo luissent uel poruissent. Post mille annos ab exordio monachatus, qui tamaen etiam apud gentiles fuisse inuenitur, quando pro stabiliendis examinibus monachorum et monasteriis, pro ceremoniis continuandis, et augendis censibus ac ampliandis uinculum uotorum excogitatum est, quo constringerentur ad perpetuam mansio nem. Sicque definierunt primores ordinum, et obtinuerunt per tyrannidem, laqueos huiusmodi conscientiarum, sine uerbo dei, in impedimentum euangelicae conuersationis et uitae. Comminiscentes sibi friuolas rationes, et detorquentes scripturas, ad probandum longe diuinius et sanctius esse, ex uoti necessitate bene agere, quam ex spiritus libertate. In uotis substantialibus, quae uocant, nullam cadere dispensationem. Subsequuta est crudelitas perpetuorum carcerum, pro asseruandis traditionibus humanis, et excommunicatio Papalis, et infinita huiusmodi fri uola commenta, omnia sine uerbo dei, et in detrimentum uerae pietatis ac religionis, quae consistit in obseruantia mandatorum dei et uerbi dei. De quibus nunc passim, gratia deo, multa leguntur, ut posthac non tam late pateat nassa capiendi simplices in claustra, et illaqueandi conscientias traditionibus mere humanis et diabolicis.

*Si quis fidelis habet uiduas, subministret illis, ut non grauetur ecclesia, ut his quae uere uiduae sunt, sufficiat.*

Si quis uir fidelis uel mulier cognatam habeat uiduam, quam de suis faculta

#### COMMENT. IN I. EPIST.

tibus commode nutrire possit, et uitae necessaria ministrare, non eam patiatu ob trudi ecclesiae, quae solet uere uiduas, id est destitutas omni subsidio alere de communibus prouentibus ecclesiasticis: ne forte dum alendae fuerint omnes ecclesiasticae personae, tam uiduae quam aliae, donationes uel collectae non sufficiant. Iterum uidemus ad quem finem ecclesiasticae diuitiae, decimae et oblationes ordinandae sint, et quae olim fuerit consuetudo fidelium, et quid nostris temporibus emen dandum sit, et uere ecclesiastici qui dicantur.

[ p.522 ]

*Qui bene praesunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in uerbo et doctrina.*

380 Sunt qui male praesunt presbyteri, episcopi scilicet et diaconi, nulla cura occupati pauperum uiduarum, uel de uerbo dei praedicando, sibi solis uiuunt, otiantur, libidinantur,

fastum gerunt, ambiunt honores et quaestum, bona tantum absumunt ecclesiastica. Quid talibus debetur aliud, que utcum sint sal infatuatum, et ad nihil ualens ultra, eiiciantur foras de sedibus suis, excommunicentur, confundantur, publice iudicentur, qui suis  
 385 insolentiis sese iamdudum publice accusarunt scandalosa actione, et otio, uita et moribus. Conculcentur autem pedibus, id est, honore destituantur, commodis, diuitiis, officio et publico dedecore afficiantur quod merentur: ne si permittantur in scandalosa uita sua, negligatur populus, obtendatur peccantium autoritas, et patrocinium iniquitatis, fiatque ; sicut sa cerdos, sic et populus, irruatque lupus in oues, et dispergat, cum ex  
 390 pastore factus fuerit lupus uorax, mercenarii quoque inierint foedus cum lupis, in gregis perniciem. Qui uero bene praesunt episcopi, qui hic dicunt et fere ubique a Paulo presbyteri, nisi ubi manifeste aetatem solam indicat nomen presbyteri. Tales, inquit, duplici honore digni habeant. Episcopi uero ut bene praesint, necesse est esse presbyteros, id est seniores, non tam aetate, q̄ morum grauitate, sapientia, et multarum rerum  
 395 experientia, non iuuenilibus affectibus obnoxii. Quales erant Timotheus atque Titus, tales episcopi sensu cani et sacris eruditi sermonibus, duplici honore digni habeantur. Honor dupliciter sumitur, pro uulgari reuerentia, ut estuia cedere aut loco, nudare caput, flectere genu, quae gratitudinem indicant et appetitionem, agnitionemque donorum dei in honorato:estque magis honorantis q̄ honorati. Aliter, ut hoc loco, honor est  
 400 munus, eleemosyna, sustentatio, necessariorumque prouisio sufficiens et honesta, quae debetur doctori: non ut profundat in usus mundanos, sed ut honeste uiuat et modeste, ut sit exemplar omnis parsimoniae, maturitatis, et contemptus rerum mundanarum, et speculum uitae Christianae, hoc est euangelicae, imo apostolicae. Hoc duplici potius honore, quam duplici pro uisione et annona honorentur, cum nihil superflui illos deceat,  
 405 sed eatenus uictum et quibus tegantur habentes, exercitia pietatis praestare possint, et familiam necessariam educare, minime etiam otiosam, sed ad sacra officia instituendam pro uirili. Si qui uero fuerint presbyteri et antistites praefectiue ecclesiae, qui non solum praesunt integritate uitae, consilio prudentiaque administrandi ecclesiastica bona, sed etiam doctores se exhibent, ut laborent legendo, docendo, exhortando, in culcando, et  
 410 dispensando doctrinam ecclesiasticam, euangelicam et apostolicam, uerbo et doctrina prosint insigniter uti praesunt. Istis duplex hic honor omnium maxime referatur, tantoque diligentius, quanto sibi suisque sacris illis addicti exercitiis spiritualibus, minus familiae suae educandae prospicere possunt, et de uitae necessariis prouidere. Duplici etque honore dignus accipi potest, quia eo magis quae sufficiant simplicem ac honestam  
 415 suppetentiam assequant. Quasi dicere uelit, Hii ta

## AD TIMOTH. CAP. V.

[ p.523 ]

les diligentius excolantur, et fidei laborumque suorum fructum uberiorem assequant. Non enim duplum pretiosarum uestium, uel ferculorum sibi comparare docentur, qui frugalitatis specimen esse debent. Hospitalitatis enim et eleemosynarum materia aliunde sumenda foret, de bonis scilicet ecclesiasticis, cuius insuper dispensator sit idoneus.

*Dicit enim scriptura, Non infrenabis os boui trituranti.*

420 Mos est prouinciis multis, bobus uel equis circumactis trituram facere, quibus sic magnopere laborantibus, crudele fuerit negare cibum, quem aliis parant tanto studio

ac sudore. Omnino enim qui ecclesiae opus exequitur, qui docet, instruit, hortatur, sacramenta ministrat, priuatim seruit uel publice, is dignus est ab ecclesia nutriatur et foueatur. Quid autem de illis sentiendum, qui nihil laborant huiusmodi, nunquam  
 425 sacra leguntur doceant, non praedicant, non monent, non consolantur conscientias? Quorum potius omne opus est, in ligandis inuoluentis conscientias, praeceptis et excommunicationibus: ad populum non loquuntur, nisi suas leges: toti sunt in colligendis, recensendis, augendis et absumendis sumptibus, et pecuniis numerandis. Non solum non praedicant euangelium, sed nec praedicari sinunt, si impedire possunt, nisi coacti timore  
 430 amittendi luxum, quae stum et fastum, Paulus hic tractat et haec citat de dispensatoribus uerbi dei, non de cantoribus, organistis, monachis, uel nonnis. Quod si in tanto numero hodie ecclesiarum presbyteri sacras in collegiatis ecclesiis scripturas, utolim institutum erat, legerent, ad aliquem legitimum fructum, uel audirent ad eruditionem capessendam, ut aliquando idonei surrogari possent ad officium pastorale, digni certe iudicarentur  
 435 suo uictu. Nunc autem boues triturantes, id est agricolae ipsi, toto anno laborantes, fraudantur durissimo labore suo, uinitores aquam bibere coguntur, cum uxoribus, filiis et famulis dura inedia macerantur, ut uix uiuere et spiritum trahere possint. An non est hoc bouum ora constringi et alligari? Interim clericos otiosos et scandalosissimos fouere, in perniciosissimum scelus mundi. Quin et inter clericos hi maxime egent qui doctiores  
 440 sunt, et magis in ecclesia laborant, quorum fructus propagatos deuorant maiores Canonici, praelati, aut Curtisani. qui uix digni sunt ut a terra sustineantur, animalia uentris, gloriae, et otio turpissimo scandalum inferentes ecclesiae, de quibus multo plura dicenda, sed uerbum domini omnia huiusmodi declarabit et iudicabit.

*Dignus est enim operarius mercede sua.*

Indignum graueque piaculum est, laborantem fraudare sua mercede, uel usque etiam ad  
 445 noctem. Operarium autem dicit, non otiosum, non stertentem prae pigritia, non aliorum laboribus, partis inhiantem, et solis uoluptatibus operam dantem. Non sunt operarii, qui tota die in foro stant otiosi, sed qui pondus ferunt laborando diei et aestus. Non qui ludunt alea, et colludunt mulierculis, ac illudunt uino, et lautitiis dissoluuntur: qui otiosi, ad nihil utiles, laborantium sudores exigunt, et necessariis fraudant. Operarios dicit, qui  
 450 laborant in uerbo et doctrina, qui bene praesunt, qui gregi aduigilant, qui in ecclesiae utilitatem proficiunt. Hodiernus autem cantus et soni, uigiliae et Missae emptitiae, nec deo placent nec prosunt hominibus. Impediunt magis a melioribus, aboratione, a uerbo dei ediscendo, audiendo, docendo, nec populo nec clero quacunque in re utilia, in eum usum a patribus nunquam institutum fuisset hoc officium. Merces autem respon  
 455 det obsequio et operi. Fraus itaque dicitur et dolus, rapina quoque, mercedis nomen exigere, cum nihil egeris utile uel gratum cuiquam. A plebe catholica susten

COMMENT. IN I. EPIST.

tari uelle, cui non seruias, nihil prosis, sed obsis maxime et impediis profuturos, aliorum potius tibi rapias mercedes laborum, de sanguine quoque et sudoribus aliorum sagineris. Vt hodie cernere est in praelatis ecclesiarum et beneficiosis, qui cum sint sceleratissimi,  
 460 cleri et populi oppressores, et Christi opprobrium, uolenter deglutiunt et praeripiunt mercedes pauperculis pastoribus ecclesiarum, et ad ructum uorant. A quibus, si quando

[ p.524 ]

uicarii populo et ecclesiis, pauperes et idonei praeficiuntur sacerdotes et praedicatores, hii non diutius feruntur in officio, quam ab euangelio pure, libere ac fideliter praedicando destiterint, statim abiiciendi, dum Christum et Christianam disciplinam ac doctrinam, ipsum scilicet uerbum dei, simul ac fidem pietatemque coeperint asserere, uolentes impedire, ne populus sapiat aliquando, et mercedem deneget otiosis indignum, tantumque de factonullo iure debitum. Digniores plane, ut alligati asinariae molae, abiiciantur iussu Christi domini, in profundum maris, et ut fatuum sal conculcentur ab hominibus. Ligatis quoque manibus et pedibus, mittantur in tenebras, ut partem habeant cum infidelibus in saeculo futuro.

*Aduersus presbyterum accusationem noli accipere, nisi sub duobus aut tribus testibus.*

Non omnino certum, an de episcopo loquatur, an de seniore. Videtur autem de utrisque accipiendum. Episcopi enim sunt seniores de ecclesia. Seniores prospicere debent, ut prudentiores toti ecclesiae pro autoritate senii. Vnde et Senato res uel Senatus dicuntur spectabiliores de ecclesia, etiamsi non uncti sint et rasi. Denique tot populi tam magnae ciuitatis, unius prudentiae et spiritui niti non debent, sed de seniorum consilio, quasi senatum habeat, cum quibus iuxta dei uerbum et regulam omnia tractet. Sintque unius ciuitatis hoc modo plures episcopi, imo presbyteri non tam aetate quam sensu et moribus, qui omnes in autoritate habeantur, et sint in congregatione fidelium: etiamsi non omnes doceant ac praesint uerbo et doctrina, assistunt tamen episcopo, et presbyteri sunt plebis honorabiles et seniores ecclesiae. Non enim legimus discrimen fuisse apostolorum temporibus intra ecclesiam, ut pars una religiosa, clericalis, spiritualis, consecrata, et ecclasiastica fuerit: alia autem ecclesiae Christianae pars maior, prophana, saecularis, mundana, carnalis et laicalis habita et dicta fuerit. Fuerunt enim omnes Christiani religiosi, spirituales, utentes hoc mundo, tanquam non utentes, uacantes piis operibus, et in sua lingua quique sacras scripturas legentes uel audientes congruis temporibus, et insuper labore manuum uictitantes. Id enim docuit Paulus apostolus, uas electionis, et insignis apostolus uerbo et exemplo, Vt qui non laborat in ecclesia, non manducet. Quod si qui saeculariter, mundane, carnaliter, et sine timore dei, et sine ecclesiastica disciplina uiuere praesumpsissent, Christiani non habebantur, sed post satanam ire iudicabantur, et euitabantur tanquam haeretici, et ad sacrosancta mysteria fidelium non admittebantur. Seniores itaque Christianorum bonorum presbyteri dicebantur, inter quos qui uerbo dei et doctrina ualebat, et donis sancti spiritus nobilior et conspectior, is aliis prospiciebat, praeferebatur, et episcopus dicebatur et erat: magis officio docendi praecellens, que pote state et imperio, fastu uel pompa: honorificout senes decet uestitu, secundum loca et regiones, ornati procedentes, sine curiositate, pretio uel superfluitate notabiles. De istis presbyteris ecclesiae honoratioribus, ex autoritate, probitate et sapientia praestantioribus dicitur, Aduersus presbyterum et grandaeuum, maturum uirum et spectatae uirtutis personam, accusationem non recipias, nisi sub duobus

AD TIMOTH. CAP. V.

aut tribus testibus. Poterant insolentes, a talibus presbyteris correpti et admoniti, facile malignari, et comminisci mendacia, redundaret autem hoc in probrum ecclesiae, eleuaretur autoritas uirorum grauium. Ideo non facile admittendi calumniatores uel

[ p.525 ]

audiendi, ne ansa praebeatur leuibus personis, temere lacescendi seniores ecclesiae. Omnes Christiani pie religioseque uiuentes, ecclesia nominabantur. Licet non abessent hypocritae et pseudochristiani, sed de secretis cordium deo non ecclesiae iudicium  
 505 defertur. Non uno uel duobus testibus, sed pluribus tam spectabiles uiri, a facie et conuersatione accusari debebant. Ne facile concinnetur mendacium contra honestos ab indignis et leuibus, uindicare se uolentibus de castigatione digna. Sicut de Quadrato legimus in historia Alexandri Papae sancti: ideo probabiliore testimonio opus est contra praelatos et magistros aliorum, conuincendos de inhonestate.

*Peccantes coram omnibus argue, ut caeteri timorem habeant.*

510 Hoc eadem ratione ad presbyteros referendum, ut si quis senex impius publice insolenter peccet, ut fide dignis testibus et multis crimen testari possit, cum id cedat in scandalum plurimorum, et totius ecclesiae et Christianitatis. Hii sic conuicti, publice et coram omnibus argui debent, ut timorem habeant caeteri, et per sonarum acceptio nullum locum prorsus inueniat in ecclesia dei. Neque omnia hypocritice in ecclesia  
 515 agi uideri possint ab infidelibus, utque criminum castigatio scandalum tollat ecclesiae innocentis: quae non tam ex innocentia uitae, quam ex zelo quoque diuinae gloriae, et Christianae honestatis dinoscitur. Non sunt quidem omnes in ecclesia innocentes, criminum autem osiores, uindices et zelatores, omnes esse debent uere ecclesiastici. Cumque uiderint extranei, etiam presbyteris et maioribus non parci uel conuicti, sibi  
 520 quoque minores non parcendum nouerint, si fuerint deprehensi in ecclesia criminosi. Nihil hic praescribit diuus Paulus de correctione episcopi in specie, tum quia Timotheus probatae erat et habebatur sanctimoniae, tum quia in primitiua ecclesia episcopi assumebantur ex pluribus sanctis sanctiores. Verum presbyteri nomine satis indicatur, coram pluribus et omnibus arguendos etiam episcopos, si scandalosi fuerint. Quantoque  
 525 lues contagiosior, si episcopus obnoxius sit criminibus, tanto adhibitis sufficientibus attestationibus, durius ac seuerius de eo iudicandum erit. Hic iterum et semper episcopi et presbyteri nomine, ecclesiae praefectus et parochus quilibet intelligi debet, non magna tantum urbium, et praefectarum antistites. Ex horum enim doctrina et moribus pendet profectus detrimentumque ecclesiae: longeque maturiore consilio deligendi sunt  
 530 testimonio plebis piae, et non tumultuose suffragio, quod magistratus ciuicium. Vbi non modica adhibenda diligentia est, utquam integer fama ac moribus, rerumque experientia, et spectata probitate probatus et conspicuus deligatur: nisi maioris aestimare uelint rectorem ciuium, quam doctorem animarum. Verum sicut superius Paulus de Viduis, quae uere uiduae essent, tractans, eas specialiter docuit, et tamen generalem regulam scripsit  
 535 de domesticis omnium maxime fouendis: sic hoc loco uidetur, loquens de presbyterorum arguitione et contestatione, sub inferre scilicet regulam generalem, de omnibus publicis et scandalosis in ecclesia peccatoribus, ut tales coram omnibus ab episcopo arguantur, quo caeteri timorem habeant similia committendi. Sicut et gnome est, crimen non facile imo nunquam recipiendum, nisi appareant et conuincant illud clare testes idonei. Sicut et in lege Mosis, et passim in sacris literis, generales regulae notantur, cum de ne gotiis  
 540 et personis spiritualibus sermo incipit, a quibus nemo episcoporum exclu

## COMMENT. IN I. EPIST.

[ p.526 ]

ditur, omnium autem maxime is qui uult haberi et dici maximus: tantum abest ut feratur ab ecclesia, qui ecclesiam tam grauiter scandalizat.

*Testificor coram deo et Christo Iesu, et electis angelis eius, ut haec custodias sine praeiudicio, nihil faciens in alteram partem declinando.*

545 Sub contestatione generali immensae prouidentiae dei, omnia cernentis et gubernantis: et domini Iesu Christi, qui ut uerbum dei patris, aequae immensus, nobiscum semper est, et ubique praesens usque ad consummationem saeculi, ut sit caput ecclesiae et rector, omni praeditus potestate in coelo et in terra, patri consubstantialis: et quasi in prospectu angelorum, et spiritualium ministrorum dei, qui fide Iesu sanctis negotiis iugiter intersunt, Ego te, ô Timothee, adiuro et obtestor, ut praeceptor discipulum, ut 550 non patiaris aliquod fieri praeiudicium uerbo dei, quod me referente et docente audis ac suscipis, quin praecise insistas illi, tanquam regum lae ueritatis, et Christianae doctrinae, ne quomodolibet detrimentum patiatur pura ueritas, labefactetur et adulteretur, sicut fit a pseudo discipulis. Nihilque committas declinando in alteram partem, hoc est, praeter fidel regulam et scripturae: nihilque doceas unquam iuxta humanum sensum, et iudicium 555 carnis. Vel secundum alios, ut nihil iudices, etiam sub testibus paucis uel pluribus, cum praecipitatione iudicii, inconsiderate, friuole uel inconsulte, utpote aetate iunior, et feruentiore ingenio, et praeuolatili. Ne iudicando indulgeas affectionibus, et inclinationi naturae, ac propensiore animo in ea quae libent et placent, sed circumspecte iudices, mature, praehabita matura deliberatione, non iuxta naturae sensum, et personarum 560 acceptionem, sed suste, aequaliter et sideliter pronuncies. Sicut constitutus in oculis domini dei et Iesu Christi, et angelorum, ut similiter nos quoque a domino et Christo Iesu iudicandos cogitemus. Discimus hoc loco primum, quam inuitus ueniat Apostolus ad mandandum ac praecipendum, obtestatur potius, et precibus contestatur: deinde semper deum habere prae oculis, ut iudicaturum nostros cogitatus et opera. Nihil praecipitanter, 565 nihil praeter regulam uerbi dei, nihil ad gratiam uel displicentiam personae, sed luste iudicet episcopus. Angelos quoque dei scimus mitti in ministerium et testimonium actuum nostrorum, quos et reuereri semper debemus, et cauere a peccatis, non solum deo et Christo domino aspicientibus, sed etiam angelicis exercitibus, qui assistunt semper nobis, et contemplantur actus et uerba, interim tamen in coelis patrem aspiciunt, et 570 beati fruuntur. Id uero episcopo faciendum non solum in iudiciis, sed in omnibus administrationibus, ut prouide, fideliter, syncere et candide agat omnia, is qui praest ecclesiae episcopus.

*Manus cito nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis.*

Apostoli mittentes ad fidem praedicandum aequalium aliquos, uel officium uerbi imponentes, utebantur manuum impositione, in signum approbationis acceptum a 575 Christo, dabaturque talibus spiritus sancti donum, ad hoc idoneum, ac sufficiens in ecclesia. Quia uero tunc subintrabant multi pseudapostoli, et multi Christiani sese admiscebant, obque quaestum et gloriam, opus apostolicum tentabant, ideo Apostolus praemonet Timotheum, ut prospiciat sibi, ne his officium praedicationis mandat ac

delegat, nisi prius fidem, mores studiaque digna probe cognouerit, ne malae et erroneae  
 580 doctrinae illius et seductionis, ipse causa uideri possit, qui tales ad id ordinauerit: neque  
 error humanus et falsitas spiritus sancti doctrina aestimetur, qui manuum impositione  
 uel dabatur, uel dari significabatur. Erat enim attestatio quaedam sanctitatis in doctrina  
 ac uita, quae non cito exhiberide.

## AD TIMOTH. CAP. V.

585 bebat. Qui enim impium doctorem instituerit, errorum illius et seductionis in populo  
 causa erit, taliumque peccatis et erroribus communicabit semper. Summo pere igitur  
 discutienda fuerit praedicatorum doctrina, studium, mores et uita, hoc est praelatorum  
 ecclesiae, quorum primum officium est, docere uerbum ueritatis.

[ p.527 ]

*Teipsum castum custodi.*

Caste hactenus et pure uixisti, ô Timothee, iuuentutemque tuam disciplinis se uerioribus  
 instituisti, ad facilius castitatem conseruandam, eam posthac quoque diligentius serues:  
 590 non ut tuapte uoluntate castus sis, cum dei solius donum sit castitas uera, sed in seruitutem  
 redigere, ac abstinentiis crucifigere, et comprimere fortiter studeas ut hactenus, ut ea  
 ualde conducunt castitati seruandae, in integra potissimum aetate, dum sanguis feruet et  
 caro. Verum sic serua abstinenciam, ut ne quid nimis, ne per corporis imbecillitatem, et  
 nimiam attenuationem periclitetur corporis ualetudo, et impediatur opera necessariae  
 595 charitatis. Ideo subdit consequenter,

*Noli adhuc aquam bibere, sed modico uino utere, propter stomachum tuum, et frequentes  
 tuas infirmitates.*

Ne posthac, ut hactenus consueuisti, solam aquam bibas: quae licet non omnibus,  
 tui tamen corporis obest ualetudini, ne dum forte nimium castigas corpusculum, sub  
 onere magnopere portando succumbat. Non propter se bona et eligibilis est maceratio  
 corporis, sed propter uirtutum exercitia. Aqua quidem, non assuetis multis rationibus  
 600 incommodare potest. Et insuper tui corporis conditio non fert nimiam. Vino tibi opus  
 est, non omnibus: nec id ad libidinem gustus, sed ob stomachum debilem. Eo igitur  
 posthac utere ad necessitatem, sed modico: nisi enim debilitas id exigeret corporis, uini  
 abs te potum neququam exigerem. Nos, etiam religiosae professione et habitu, puelli  
 etiam uinum bibimus, adolescentes facti potamus, uiri inebriamur. Monachi et clerici  
 605 nefas et miseriam putant aquae potum, et poenam intolerabiliorem. Episcopi non nisi  
 exquisita uina ac electa potant. Sic praestamus apostolicos. Nimius quicumque potus,  
 etiam aquae, in uitio est, multo magis uinum. Non quid bibas uel comedas, sed quantum  
 curandum prudentibus et religiosis, imo et medicis. Modus est potationi ponendus, ut  
 quantum seruiat incolumitatis bibatur. Non mittit Apostolus ad medicas purgationes et  
 610 confortationes, sed dietam indicit et parsimoniam, optimam studiosorum medicinam.

*Quorundam hominum peccata manifesta sunt, praecedentia ad iudicium: quorundam autem et subsequuntur. Similiter et facta bona manifesta sunt: et quae aliter se habent, abscondi non possunt.*

Praeuenire dicuntur iudicium, et non indigere contestationibus, ea hominum multorum peccata, quae manifeste, inuerecunde et audacter committuntur, in prospectu hominum, et totius ecclesiae. Huiusmodi peccata ad publicum etiam iudicium delata puniuntur: nec ibi multis opus fuerit testimoniis, et inquisitionibus scrupulosis. Illa quoque tu solus  
615 punire potes, et ecclesia debet. Quae uero peccata sequuntur iudicium, id est nesciuntur nisi idoneis et paucis testibus coram iudicibus comprobentur: haec possunt abscondi, et secreta admonitione uel correctione corrigi ab episcopo et aliis, quae alioqui deo iudici et extremo iudicio seruabuntur. Non omnia hic puniri et emendari possunt. Non sunt de foro episcopi uel ecclesiae nisi manifesta, Similiter et bona opera.) Quaedam manifeste

## COMMENT. IN I. EPIST.

620 siunt, non egentia multa discussione: nec sinistre criminari possunt, ob suspicionem occultae imperfectionis, quasi scilicet, licet bona sint, tamen quia mala conscientia fiant, ideo ueniunt improbanda uel abscondenda. Licet enim omnia nostra opera re uera sint defectuosa, et si diuino sistantur iudicio expendenda, mala deprehendantur. Quia tamen speciem mali non habent, non sunt obmittenda uel occultanda. Quae uero  
625 aliter se habent, bona uidelicet sunt in apparentia, penitius autem omnino mala; illa suo tempore et iudici abscondi non poterunt. Nisi quis sic intelligere hunc locum uelit, ut dicatur, Homines quidam nunc sic uiuunt, ut ex eorum operibus, manifeste improbis, antequam moriantur, uel a deo iudicentur damnandi, a nobis peccatores agnoscantur. Quorundam peccata mala quidem sunt, sed in hac uita sic fiunt, ut uel dubia uel occulta  
630 cum sint, non iudicari possint ab hominibus, deo autem soli post hanc uitam iudicanda reseruantur: de quibus nihil ad nos, suo domino stant uel cadunt. Vicissim hominum quo rundam opera clare bona uidentur, a nemine nisi improbo criminanda, ea a nobis laudanda sunt, de eis nemo ob uerecundiam praepediri, uel propter sinistrum oculum obmitti: quandoquidem sunt qui omnia bona opera infamare gaudent et student. Sunt  
635 tamen et opera in speciem tantum bona et hypocritica, quae ut deo manifesta sunt et ignota hominibus, suo tamen tempore apparebunt qualia fuerint. Nihil enim opertum, quod non reueletur. Abstinencia autem a uino, et similia, nec manifeste bona sunt, nec mala, sed pro iudicio del et rationibus secretis, necessaria uel indigna, grata uel ingrata, suo tempore apparebunt, et discutientur a iudicio diuino.

[ p.528 ]

## CAPVT VI.

*Quicumque sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen domini et doctrina blasphemetur.*

Emptitii seruuli infidelium dominorum ab idololatria conuersi, ad unius ueri dei fidem, patienter subinde ferant obedientiae iugum ac laborem, et sortem conditionis suae, et statum miserum. Nec quia ad Christum conuersi sunt, fraudare tentent dominos suo

seruitio, ut transfugae fiant et profugi ob fidem dei, quast contemntes dominos ob  
 5 infidelitatem, quibus se Christianos seruire secundum corpus indignum putent, sed magis  
 obsequiis humilibus seruituti satisfaciant, ab omni offensa temperantes sibi, honore  
 debito colentes dominos suos, et dignos arbitantes, a deo sibi praepositos cogitantes,  
 non casu obtigisse uel for tuna. Sed sic esse domini uoluntatem, ut boni exercentur a  
 10 malis, ut mali, cum deo placuerit, conuertantur a bonis. Vt inclarescat uirtus seruorum  
 dei, et Chri sti gloria a suis sectatoribus illustretur, ut seminarium seditionis non detur  
 ethnicis, et occasio malignandi infidelibus contra pios. Ne nomen dei optimi maximi  
 et solius, per idololatrias blasphemetur, quasi non aequus sit, qui iubeat dominos suis  
 destitui seruis, et passim gentiles irritari a Christianis seruis profugis, sicque pa cem  
 15 infringi, obedientiam cassari, maiores sperni, promissa negari, commercia rumpi, debita  
 non reddi, deumque uerum insolentia seruorum illius apud impios blasphemari. Similiter  
 et doctrina euangelica infamabit, si eius professores mundi ordinem, et magistratuuum  
 dominorumque in temporalibus obedientiam detre ctauerint, et omis religio Christiana  
 propter eos male audiet, et in Christi doctri na scandalizabuntur idololatrae, Qui potius  
 20 ad mentem meliorem, exemplofidelium aedificandi fuerant, alliciendi et conuertendi,  
 unaque nobiscum aliquando dominum deum nostrum glorificaturi in seruis suis. Voluit  
 et Iudaeos dominus

## AD TIMOTH. CAP. VI.

[ p.529 ]

obedire regibus infidelibus, pro eis rogare, tributa pendere, pacem fouere. Et Chri  
 stus Caesari iussit reddi, quae debita sunt Caesari. Petrus quoque in sua epistola multa  
 huiusmodi. Aufert quidem baptismus, id est professio Christiana, peccati domi nium, sed  
 25 abheri dominatu et saecularibus obligationibus non eximit, siue id graue seruitium sit et  
 tyrannis, siue leue, et secundum saeculum licitum, non est tunc disputandum, sed potius  
 humiliter obsequendum. Si uero seruus commode possit et honesto modo liber fieri, non  
 obmittat. Si dominus seruuum manumiserit, ut et ipse a seruitute peccati liberetur a deo,  
 optime fecerit, et ad id est inducendus opportune, non contemptu, uiolentia, temeritate  
 30 et diffamia euangelii, iugum erit excutiendum.

*Qui autem fideles habent dominos, non contemnant, quia fratres 2 sunt, sed magis  
 seruiant, quia fideles sunt et dilecti, quia beneficii participes sunt.*

Si qui conditione mundana, et diuino iudicio imperscrutabili serui facti sunt. et serui  
 sorte oppressi, si dominos sortientur uel habuerint Christianos, non ideo eosdem minus  
 reuerenter tractent, non segnius obediant uel seruiant, quasi indi gne ferendo parem,  
 Christianum uidelicet Christiano obsequi. Pares equidem sunt in Christo, et fratres in fide,  
 35 sed non in huius uitae et saeculi fortunis, sicut et in dei beneficiis non omnes sunt aequales.  
 Sic enim unicuique homini deus prospexit, et praeordinauit uitae ordinem, statum et  
 exercitium, in quo creatori suo seruiat, commensurauitque grauamina, ut incertum  
 habeatur, seruorum ne an dominorum conditio generaliter tolerabilior fuerit, pro dotibus  
 naturae tam differenter passim impertitis. Quin potius tanto promptius et alacrius eisdem  
 40 seruiant, quanto ob Christi religionem mitius et mansuetius tractantur a Christianis  
 dominis serui Christiani, et ad prophana et sacrilega seruitia minus compelluntur, sed  
 pacifice quae Christianae religionis sunt exercitia sancta permittunt. A quibus et diligen

tur in Christo ut fratres, instruuntur ut discipuli, et tanquam filii beneficiis afficiuntur, et sunt insuper omnium bonorum participes in Christo. Duplici nomine promptius  
 45 Christianis dominis seruiant quam ethnicis, tum quia domini eorum sunt, tum quia socii religionis seruulos suos non contemnunt. Si enim fideles sunt domini, seruos suos tractabunt ut fratres potius quam ut seruos: diligent magis, contemnent minime: beneficiis afficient, et immoderatis grauaminibus minus oppriment: bonorum suorum eos participes aestimabunt et facient. Quod si crudeliter et absque humanitate tales seruos  
 50 tractauerint domini, ostendent facto non se tam Christianos esse, quam Domitianos et perfidos. Tolerandi tamen nihilominus sunt domini etiam discoli, quandiu contra deum et Christianam iustitiam, et Christum uniuersorum dominum nihil imperauerint. Alioqui deo oportebit magis obedire quam hominibus, quamlibet mundana potestate contra deum turgidis.

*Haec doce et exhortare.*

55 Talia episcopum docere decet, non solum maiores et dominos, sed etiam infimae conditionis et sortis homines. Seruos hominum non negligere. Docere autem ea quae pertinent ad pietatem, ad tranquillitatem, publicam pacem, ac ad iustitiam etiam humanam, ne suscitetur dissidium in ecclesia, ne per inobedientiam subditorum, ordo ciuilis et humanus confundatur. Exhortari quoque debet episcopus eos quos uiderit cessantes et  
 60 cunctabundos, quo crebrius admoniti et consolati subditi atque serui, leuius portent onus a deo impositum, pro quo dei fauorem ac beatitudinem consequi possint. Non docet eos libertatem carnis et mundi, quae

COMMENT. IN I. EPIST.

saepe praecipitat, sed quae in Christo est, patientiam et longanimitatem.

[ p.530 ]

*Si quis aliter docet, et non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, et ei quae secundum pietatem est doctrinae, is inflatus est, nihil sciens, sed insaniens circa quaestiones et uerborum pugnas.*

Aduerbium Aliter refertur ad apostolicam doctrinam, quae tam in superioribus quam  
 65 subsequenter describitur. Si quis, inquit, iuxta proprium sensum, et leges nationum, iuxta erroneam hominum rationem ac philosophorum opiniones docuerit, et non credit uel appretiat aut acquiescit ex conscientia doctrinae salutari et ueritatis, sanis, immaculatis aequissimisque sermonibus domini nostri Iesu Christi, sed introduxerit alios etc. Tantum enim istis sermonibus adhaerendum est, Christi scilicet domini, haec tantum docenda,  
 70 haec sola doctrina est pietatis, secundum quam domino seruire et placere poterimus fideles, de qua sola certi sumus, quia Christi est, qui ueritas est, qui in apostolis et sanctis loquitur, a quo ac cepi quod et trado. Eam scire ac sapere, pietas est:eam negare, impietas. Is (ait) inflatus est.) Superbia siquidem est, sensum proprium praeferre dei uerbis. Omnis enim eruditio alia a fide Christi inflat, et tumorem mentis excitat:in  
 75 se confidere, de proprio iudicio et sensu praesumere facit, contemptui habet omnem simplici, tatem spiritus, scripturae et stili. Cumque crasso carnis intuitu eam attingere non potuerit, despicit, et stultam pronunciat. Non enim quae spiritus sunt carnales

ca piunt, sed dum credunt se sapientes esse, stulti nimirum fiunt. Nihilsciens.) Hoc unum sciet, si quicquam scit, quod nihil sciat. Qui deum ignorat, qui in Christum scopum sacrae scripturae ueteris et noui testamenti finem non credit, qui nititur humanae rationi erroneae, cum sit omnis homo mendax, et comparatus iumentis insipientibus, quid scire poterit? Scientia non est nisi certae ueritatis agnitio. Christus autem ueritas est, et lux mundi, praeter quem omnia tenebrae sunt, et ignorantia atque stultitia. Sed insaniens circa quaestiones et pugnas uerborum.) Longo quidem tempore post apostolorum excessum, quaestiones et pugnas uerborum paucae fuisse, licet nunquam defuerint, satis clarum est: sed et haereticorum dein de discordias et pugnas nemo nescit. Verum perinde ac nunquam fuerint per Vniuersitates nostras, haec disceptandi stultitia disseminata est, ab illarum infelicissima hactenus matre Parisiensi. Quae et insanire fecit omnia illustria ingenia, et languere iam dudum et turpiter circa quaestiones futiles, et insanas uerborum pugnas, ex quibus tot miseri quaestionarii et sophistae prodierunt, nihil certum uel integrum relinquentes, sed dubiis quaestionibus, ac tot suis sectis omnia inuoluentes. Iusto itaque iudicio dei palpabiles istas tenebras inciderunt, quia sanos sermones domini neglexerunt, sacras literas pro minimis duxerunt, subsannauerunt, et philosophicis suis stultitiis postposuerunt. Si quis ex ea scriptura sacra quidam in Sorbonicis suis sordibus allegare uoluisset, contra suum Aristotelem uel Lombardum, prophetalem uel apostolicam sententiam, contra sua decreta et articulos, statim scrupulos innectere studuerunt suis distinctionibus, et sophisticis diuerticulis, ad inuoluendum claram ueritatem, uere Scotis tenebris: insuperque ridere consueuerunt, uelut indoctum theologum, qui sacras scripturas diligentius tractare uoluisset. Non est ut id inficias ire possint iam dudum sic actum, cum solenne illis disputatoribus sit, cauere ne autoritate scripturae utantur in suis Sorbonicis disceptationibus: quandoquidem in dubium sensum trahi consueuerint in istis scholis. Quae si theologicae dici mereantur, et non potius diabolicae, prudenter esto iudicium. Et tamen sic esse et fuisse ante haec nostra tempora homines testabuntur

## AD TIMOTH. CAP. VI.

Itabuntur et illorum scripta, longe diuersa ratione et fide a bonis istis et sanctis patribus, qui in monasteriis Regularium et monachorum olim ecclesiasticam doctrinam promouere conati sunt, ut fuerunt Beda, Alcuinus, Rabanus, Haymo, et similes multi. Indicium sane horribilis irae diuinae in huiusmodi Scholasticos, ob perfidiam illam suam, qua uerbum dei neglectui habere non timuerunt, et huic manibus traditionibus pro omni uirili oppugnauerunt simplicem ueritatem, cui prae tulerunt suum sensum, fastum et quaestum.

[ p.531 ]

*Ex quibus oriuntur inuidiae, contentiones et blasphemiae, suspicione 5 malae, conflictationes hominum mente corruptorum.*

Vt de tot haeresibus taceamus, ante tempore Augustini ecclesiam molestantibus, et inuidiam episcoporum tempore Arrianorum, de contentionibus et blasphemis synodorum quarundam. Quid nostris uidimus temporibus? tot simultates inter Vniuersitates, quas uocant, in eadem Vniuersitate, inter uias Antiquorum, Modernorum, Realiu, Nominalium, Praedicatorum, Minorum, ob quaestiones et pugnas uerborum, quot et quanta scandala publica, quot imposturas et insanias, usque ad sacrilegia. Tot scriptores

in sententias Magistri, quorum nullus non impetit alios omnes, uellicat et improbat. Quin et consentiunt omnes falsos articulos sui Magistri Parisiensis, solenniter improbant, ut in illis Magister non teneatur. Hodie autem fere omnes concordant mirabili et execrabili consensu aduersus tractantes diligentius sacras literas et Euangelium Christi, pro quibus conantur scripturam uel trahere ad suos sensus et abusus propugnandos, uel ad labefactandam sacrosanctam auctoritatem eius, quam non maiorem conantur asserere, quam suos articulos uel patrum sententias. Sed ut omnes conspirent contra canonicam scripturam, nihil tamen efficient, frustra conabuntur contra fortissimam ueritatem et uerbum domini. Infatuauit hodie sapientia dei magistros illos nostros, et in agnitionem suae uoluntatis transtulit, ut uideamus, paruulos, plebeios, pisces et agricolas, mulierculas quoque et uirgines, et quotquot non sunt inflati spiritu Aristotelico, et superbia mentis suae, ut honorem et ludicium suum praeponant clarissimae ueritati et fidei. Suspiciones malae) dicuntur, dum alterum alter haereticum iudicat, ac proclamat excommunicatum, de haeresi suspectum, in ira dei, in potestate diaboli, in excommunicatione Papali, ob solas negatas traditiones humanas, et Scholasticos articulos, quae tamen ex sacris literis pro bari non possunt, et quae nunquam certam apud omnes obtinuerant auctoritatem, sed quibus semper fuit reclamatum sacris literis. Superuacaneae conflictationes hominum (ait) mente corruptorum.) Fortassis dicet quispiam, hodie conflictationes huiusmodi augeri, eo quod receditur a placitis magistrorum nostrorum, et ab Vniuersitatum articulis, dum mare et Alpes non sinuntur transcendere determinationes Parisiensium. Sed quis probabit superuacaneas eas esse uel habendas conflictationis causas? cum sint de lege dei discenda et docenda, de euangelio, de fide, peccato, sacramentis, libero arbitrio, deque solis asserendis diuinis scripturis, non de opinionibus philosophorum, et logicis uel metaphisicis. Omnia quoque tantum contra theologastros geri et quaestionarios opinatores, magis quam contra doctores catholicos. Quis dicet superuacaneas conflictationes, si de linguarum proprietate et dialectis disputemus, circa literam interpretandam simpliciter ueteris et noui testamenti, ad inquirendum germanum sensum sacrae scripturae? Cui soli inniti debent dogmata ecclesiastica, et fidei Christianae articuli. Num dicentur esse humanae quaestiones, quae solae uersantur circa literas diuinas,

## COMMENT. IN I. EPIST.

[ p.532 ]

et organa sancti spiritus, in quibus est uita et ueritas? Quis mente corruptos dicet eos, qui ex uerbo dei, cui diligenter et cum fide toti incumbunt, digladiantur tanto zelo contra luxum, quaestum ac fastum ecclesiae satraparum, contra totpublicos, notissimos pestilentissimosque abusus, eorum qui sibi arrogant regimen ecclesiae, quam potius conculcant uerbo et exemplo? Quomodo corrupti sunt memte, qui ante omnia fidem inculcant in deum, spem erigunt, charitatem suadent, opera uere bona, quia a domino mandata et approbata commendant, urgentque fortissime?

*Et qui ueritate priuati sunt, existimantium quaestum esse pietatem.*

Quid illis iustius obringere potuit, quam quod ab eis ablata est ueritas, tam indigne tractata, tot studiose dubiis inuoluta, tot opinionibus conspurcata, et omni sua specie et gratia destituta, ut ludibrio haberi coeperit Christus ipse, et ueritas sacra scriptura? Quis enim eam aliquot iam saeculis digne tractauit, quibus linguarum studium nullum curae fuit,

sine quibus nihil agitur in sacris libris ? Sed defuerunt iudicio dei libri, praeceptores, imo  
 potius deerant sacrarum rerum admiratores et studiosi, dum interim omnes humana ac  
 uana admirarentur, dum honores, titulos inanes, et diuitias ambiunt, dum fides uera non  
 160 inuenitur in mundo, iuxta praedictionem Christi, dum nemo audet contradicere magistris  
 nostris, dum ueritatis Apostoli concremantur, dum homo peccati sedem occupat Christi,  
 et humilitatem Christi opprimit maiestas Antichristi, hominumque traditiones praefer-  
 untur diuinis legibus. Et ex tot magistris nostris Parisiensibus uix unus et alter inuenit,  
 qui sacras literas totas tractarint suo more, pius Nicolaus Liranus, Albertus magnus  
 165 doctus, et Carreñ. Hugo laboriosus. In Magistrum autem Parisiensem commentatores  
 ac quaestionarios supra ducentos nominare possimus, quos extare comperimus nobiles  
 et famatos. Existimantium, inquit, quaestum esse pietatem.) Dei uerus cultus, id est pi-  
 etas, est, fide, spe, charitate deum colere, nihil antiquius ducere que deo placere, uerbo  
 dei meditando et perficiendo insistere, die noctuque legem domini meditari, scrutari  
 170 testimonia dei, promissionesque diuinas, et toto corde confidere, proximo bene uelle,  
 benefacere, et ut seipsum diligere, de seipso diffidere, peccata propria plangere et odire,  
 dei misericordiam implorare ac sperare, inque Christi mediatoris et saluatoris nostri solis  
 meritis praesumere, et c. Hanc ueram pietatem alii existimauerunt implorare sanctos,  
 colere patronos, ornare reliquias eorum, peregrinationes instituere, canere uerba dei, et  
 175 cantica hominum, in honorem sanctorum, Horas canonicas irregulariter legere, dicere uel  
 orare. Quis autem unquam orauit Genesim (Quis intellexit ex eis prophetas ? Denique  
 sacerdotiorum census augere, Missas multiplicare, emere, uende re, lumina incendere  
 mortuis, imagines colere rebus pretiosis, offerre argentum, aurum, animalia, homines,  
 uinum, frumenta, fructus, extruere basilicas grandes, dedicare altaria, uotaque et ordines  
 180 instituere infinitos. Quis negabit haec nunc et hactenus a multis et magnis existimata esse  
 ipsissimam religionem et pietatem? Quis nesciat haec esse quaestum ? Nonne his modis  
 deus, imo sancti dei homines, contra uoluntates suas coluntur a Christianis nomine ?  
 Quis hunc cultum ferat subuerti ? Nondum diximus de quaestu confessionum, confes-  
 sionalium, dispensatione uotorum, redemptione purgatorii, sacramentorum omnium  
 185 Simoniacis contractibus, ieiuniorum indictorum redemptionibus, indulgentiis plenariis,  
 episcoporum casibus. Et quis haec omnia commemoret, quibus adactus est quaestus in  
 immensum ? Nonne religiosissimus dei cultus est, mendicantibus quatuor ordinum in  
 primis, maxime autem sacerdotibus eleemosynas largiri, cum illis sepe

## AD TIMOTH. CAP. VI.

190 liri, et in eorum habitibus, eo ipso quoque tertiam partem poenarum in purgatorio  
 expiari, confraternitates illorum emere, uel eleemosynis promereri? Certe haec homines  
 existimauerunt, sic edocti ab auaribus, acceptissimum dei cultum haberi, peccatorum  
 propitiationem, ampla merita, aram felicitatis aeternae, uiam salutis. Et si quis omnibus  
 istis contradixerit, excommunicatus et haereticus habebitur, dignus morte corporis et  
 195 animae. Hic appello omnes nostri saeculi homines, pios et impios, clericum et laicum, si  
 non haec sic dicta, credita et facta fuerint generalis ter toto orbe Christiano, ut posterius  
 saeculum uix, nisi extarent libri, talia credituri sint. Et quid in uniuerso clericorum statu  
 non resipit quaestum? Nihil de hoc idolo abominationum, stante in loco sacro, de hoc  
 infernali quaestu, et satanae cultu satis atrociter dici potest, pro tanto abusu nostrorum

[ p.533 ]

temporum. Sed uerbo dei interficietur propediem hoc idolum auaritia<sup>200</sup> et mendacii, domino propitiando ecclesiae suae.

*Est autem quaestus magnus pietas cum sufficientia.*

Si quis omnino quaestuosus esse uelit, et ueras consequi diuitias, is discat sua sorte esse contentus, praesentis uitae necessariis tantum rebus fruatur, dominum deum suum colat in spiritu et ueritate, diues in fide et charitate, ac uerbo dei. Mun dum cum sua concupiscentia contemnere, congerendis diuitiis studeat non instare. Multa conquisiuit,<sup>205</sup> et abundanter thesaurizauit sibi, qui pietatem obtinuit.

*Nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubium quia nec auferre quid possumus.*

Duuitiae huius mundi, ut aurum, argentum, agri, possessiones in hoc mundo, nos tempore praecesserunt, nondum nobis natis etant, nihil harum rerum intulimus, Animam nostram creauit dominus, corpus nobis aptauit, fauor dei praecessit generationem nostram, a nobis nihil uel nobiscum huic mundo intulimus, omnia quoque post nos relinquemus.<sup>210</sup> Corpus terra mater suscipiet, Spiritus ibit ad deum qui dedit illum. Nihil ergo solliciti simus de terrenis, nec etiam in crastinum, multo minus quam aues coeli. Qui autem hodie insatiabiliores colligunt diuitias huius mundi, quaestumque sectantur et turpe lucrum, quam illi ad quos loquitur hoc loco dei uerbum, Christus in Apostolo, regula pietatis, ad episcopos et presbyteros ecclesiae Christianae? Nihil quidem inferunt,<sup>215</sup> nec exportant, sed interim comportant semper diuitias iniquioribus usibus profuturas. Mundum nunc illi possident, et a mundo possidentur, alieni a Christo. Efferent autem secum ex hoc mundo conscientiam criminum, dei terribile iudicium, diffamiam ad posterum, exemplum pestilentiae, animae damnationem, successorisque subuersionem et scandalum, et certum periculum damnosi luxus et fastus.

*Habentes autem alimenta, et quibus tegamur, his contenti simus.*

Quaquam hoc pertineat dictum ad Christianos omnes, et Christi discipulos, omnium tamen id maxime episcopos attinet, ut usum omnium rerum suarum naturae et necessitatis finibus metiantur, ut corpus alatur, non oneretur, pinguae scat, luxurietur, non tractetur tenerius, sed ad commoditatem et parsimoniam alimenta suscipiat. Tegatur necessario amictu, minime pretioso siue superfluo aut curioso. Hic locus necessario tractandus<sup>225</sup> semper nostris praedicatoribus, ante omnia ad hoc nostrum saeculum, cum uidemus tantum luxum in uictu et amictu, ut ditissimus hic nobis mundus minime sufficiat. Quomodo nunc adaucta sunt omnia, augenturque Indies, sine discrimine opum uel personarum, ad intolerabilem iacturam patriae, euacuationem totius terrae fomentum omnium uiciorum,

COMMENT. IN I. EPIST.

oppressionem pauperum, perfidiam popularium, tyrannidem diuitum, fides Christianae ludibrium, scandalum infidelium, Christi domini nostri blasphemiam. Haec, inquam, iugiter sunt et strenue inculcanda, nemo hanc sedulitatem non probabit, negabit nemo,

[ p.534 ]

uerissima atque damnosissima esse et pessima omnes norunt, de testantur ut malum  
 quisq in alio, nemo autem emendat in seipso, praecones eccle siae tacent, arrident,  
 235 aemulantur, canes muti, quorum animae requirentur, de scan dalo iudicabuntur, quin et  
 domini sacerdotes et pontifices maximam sibi gloriam ducunt contrarie uiuentes huic  
 apostolico praecepto, quum haberi uelint maxi, me apostolici.

*Nam qui uolunt diuites fieri in hoc saeculo, incidunt in tentationem, et in laqueum diaboli,  
 et desideria multa inutilia et nociua, quae mergunt homines in interitum et perditionem.  
 Radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes, errauerunt a fide,  
 et inseruerunt se doloribus multis.*

Qui ditescere desiderant uel student, aut impensius cupiunt diuitias, tentantur grauius.  
 Non loquitur autem hic Apostolus de his qui non magnopere opes uolunt, sed si affluent  
 240 diuitiae, non cor apponunt, utuntur tanquam non utantur, grati deo de donata affluentia,  
 magis q̄ parta multa sollicitudine et cura. Sunt em quibus parum etiam et frigide anni-  
 tentibus occurrunt diuitiae: sunt qui multis laboribus nihil assequuntur, uane moliuntur,  
 quos fugit mammona. Diuites fieri, cum pauperes fuerint, qui euincere conantur sua fata,  
 qui persequuntur diui tias fugientes, praestaret tales aequanimiter ferre suam sortem, ex  
 245 necessitate fora mare uirtutem. Non enim omnibus diuitiae prosunt. In hoc saeculo.) Si  
 in futu rum reponere conarentur thesauros, ubi nec erugo nec tinea corrumpit, sancte  
 agerent, tutoque uiuerent ac sine periculis. Si diuitiis spiritualibus, fide, patientia, pace,  
 charitate et sapientia uera ditescerent, Christiani essent. Incidunt, inquit, in tentationes.)  
 Volentes nolentes permissione dei, et diaboli machinatione, contra suam conscientiam,  
 250 famam, uitam, salutem, contra deum et scripturam aliquan do tales moliri quaedam  
 contingit, ex affectu et desideriolucris turpis. Cum prius quam ditescere conarentur uel  
 inciperent, ea ut mala, perniciosissima abhorruissent. Sic autem fit plura beneficia uel  
 sacerdotia possidentibus, et theologis magistris, si Curtisanorum praxim inciderint, et  
 bonis uiris, si multa proles accidat, quam ad gloriam ampliorem prouehi cogitent huius  
 255 mundi, uel ad statum suo similem. Hii enim statim incipiunt uehementer tentari per  
 auaritiam. Et quis ne sciat in huiusmodi studiis tentationum molestias et maxima pericula  
 maris, uiarum, latronum, praedonum, infidelium ac mendosorum, principum quoque et  
 coequalium, ut nusquam illis tuta fides occurrat ? Quanto magis enim diuitiae affluunt,  
 tanto maior illis conflatur inuidia plurimorum. Figulus enim odit figulum, et mercator  
 260 comparem. Deficiunt quoque paulatim in timore dei, laxa conscientia. Spernunt primo  
 uerbum domini, deinde odiunt, tandem persequuntur. Nemo enim simul deo seruire  
 potest, et mammonae. Sequitur autem tentationem trepidatio et casus. Qui enim diligit  
 periclitari, facile perit. Qui incaute ambulat, impingit. Mundus plenus est laqueis. A  
 mundi amatoribus facile incautus et auarus inescat et capitur. Cum iustus uix saluatur, et  
 265 oculatissimus uix euadit, quid patitur desiderii languens, ubi unum peccatum trahit aliud,  
 et inuoluit inexpli cabiliter ? Semper autem adest tentator diabolus, semper quaerens  
 quem deuoret rugiens leo: magis tamen unusquisque a sua concupiscentia trahitur ac  
 illicitur.

AD TIMOTH. CAP. VI.

Iuaque uoluntate et deliderns propriis ac terrenis inuoluitur et damnatur. Et de sideria, ait,

[ p.535 ]

270 multa inutilia ac nociua.) Quanto magis avari ditantur, tanto magis desiderant. Facilius  
 est totum deserere, que desiderii habendi nimium imperare. Subsequitur autem habita,  
 inutilis cura ac solitudo, dum omnia timent, semper attoniti, nunquam laeti, nihil enim  
 illis sufficit, nihil satis fortunatum. Optauerant enim homines illi longe plura, iam fata  
 275 accusantur, somniis inquietantur, nihil cogitant nisi mammonam deum suum, ut uero  
 deo seruire non possint, uel libeat. Nociua autem desideria sunt, quaecunque contra  
 legem dei et charitatem proximi cogitantur in communem iacturam, dum priuatim nobis  
 consulimus, proximum grauamus. Quae mergunt homines in interitum et perditionem.)  
 Desideria nociua dum augentur, impellunt ad nimis propense uolendum, etiam contra  
 dei legem, ad satisfaciendum auaritia, ad saeculares pertrahuntur tumultus, inuoluuntur  
 280 litibus, iudiciis ac solitudinibus, diuitiarum scopulis alliduntur. Quid autem restat aliud,  
 quam ut mergantur in profundum auaritia, et intereant diuitiarum mole obruti, hydropisi  
 desideriorum mundanorum perditum, deum negligant, odiant, uendant et tradant ludas,  
 quem auaritia infelix reddidit inuidum, sacrilegum, impium, traditorem, et parricidam?  
 Quot hodie uiri religioso statu clari, deumque alioqui timentes, sed sic mammonae  
 285 auaritia demerguntur, ut proximi amorem ac necessitatem nihili ducant, tantum ut sui  
 census augeantur et possessiones, quantumlibet certi sint quam nihil ualeat omnis uita  
 et conuersatio sua, etiam in suis conscientiis redarguti atque conuicti, omnia sua geri  
 fucata religione, deumque offendi talibus certo sciant, sed auaritia irretiti sopiuntur?  
 Ideo Christus animarum medicus et saluator, paupertatis amorem docuit, pecuniarum  
 290 diuitiarumque contemptum: non tantum spiritu, quae necessaria est in primis, uera  
 paupertas omnibus Christianis. Rebus itaque et possessionibus immunes esse uoluit  
 apostolos et apostolicos uiros, ne in diuitiarum admirationem incidentes, ut facile fit,  
 a fide aberrant in uerbo dei praestanda semper. Vnde enim tot abusus, torluxus, tot  
 errores, et scandala in moribus, quam ex auaritia clericorum? Qui ubi scripturam sacram  
 295 sibi ubique aduersari sentiebant, deprauauerunt eandem fucatis interpretationibus, ad  
 suum quaestum, et distinctionibus friuolis succurrerunt suae auaritia et impie tati.  
 Inde tot regulae, tot dispensationes, tot priuilegia: de quibus iam alii satis clamant,  
 ut audiri iam coeperint. Patet enim late, quomodo cupiditas et amor suiipsius fidem  
 synceram et catholicam ac apostolicam, e terra exterminauerint. Verisimile est et  
 300 tempore apostolorum statim subintrasse pseudapostolos, qui quaestum magis quam  
 pietatem inquisierint, quandoquidem de his saepe et multum queritur Apostolus. Radix  
 omnium malorum cupiditas est, dum quae sensui applaudent, affatim sectamur, et  
 amorem proprium non moderamur, sed quicquid libet inquirimus, si uacat, etiamsi minus  
 liceat. Vnde et incidunt mancipia cupidinis in multas angustias, solitudines, dolores  
 305 ac simulationes, fictamque uitae austeritatem prae se ferunt, et hypocriticam iustitiam  
 coguntur amplecti, qui pecuniam cupiunt, ac ditari uolunt. Sicut autem suauissime  
 uiuunt, qui sua norunt esse sorte contenti, rerum mundanarum parum solliciti, quibus  
 pauca desiderantibus, pauca ab sunt, modicis contenti: sic qui succumbunt affectibus  
 colligendi pecunias, omnium fiunt miserrimi, plenique perpetuis angoribus, quibus  
 310 semetipsos inserunt, nemine compellente, ut sine doloribus assiduis mundo huic uiuere  
 non possint, qui Christo placere et acquiescere, meliora suadenti, ac praecipiente non  
 eligunt. Sua culpa bis miseri, cum fide et obedientia Christi possent esse beati.

*Tu autem, o homo dei, haec fuge, sectare uero iustitiam, pietatem, fi*

COMMENT. IN I. EPIST.

[ p.536 ]

*dem, charitatem, patientiam, mansuetudinem.*

Quae praedicta iam sunt, agunt pro more suo mancipia huius mundi, suiipsius ac saeculi  
 315 amatores, ditescere cupiunt, quaestum sectantur, ueritati resistunt, falsitatem et errores  
 multiplici gratia dei, spiritu dei ornatus, per prophetiam ordinatus, totus deo dicatus,  
 et ecclesiae minister datus, tu haec omnia fuge, quae deo aduersantur, tibi et ecclesiae  
 tuae obsunt, sectare uero iustitiam, tota uita tua iusta sit et uirtuosa, ut sis sine quaerela  
 320 coram hominibus, nemini iniuriam aliquatenus irrogando. Soli deo placere cupias,  
 omnem improbitatem caueas in opere et opinione, ut sit tibi saluus honor et autoritas  
 integra in doctrina. Hic, ut uidetur, generaliter intelligenda est iustitia, omnes uirtutes  
 complectens, quarum subinde insigniores recenset. Pietatem) inquit. Virtutem equidem,  
 qua deo placere possis et hominibus, habet enim remunerationem insignem et certam  
 in uita quae nunc agitur, et futura. Haec hic dicitur tractabilitas ad homines, et insignis  
 325 modestia, cum timore filiali ad deum ut ad patrem. Fidem) dicit totam fiduciam, qua ex  
 deo totus pendeas, ut caetera omnia paruifacias prospera uel aduersa. Quicquid egeris  
 in dei gloriam, certus sis deo placere, deque eius bonitate et gratia sine cunctatione  
 semper bonum sperare. Charitatem.) Ad inseruiendum proximo dum possis, affectu  
 in primis, et per exhibitionem operis in signis, accepta opportunitate. Omnibus ut sis  
 330 dulci, pio synceroque corde coniunctus, paratusque benefacere aliis, ut tibi fieri iuste  
 rationabiliterque uelis. Patientiam) addit, quae piis in hac uita necessaria est, quos  
 manent persecutiones in hoc mundo, qua et animam possidemus, et Christi exemplo  
 maxime commendatam, uiam ad regnum coelorum regiam, omnibus quoque sanctis  
 familiarissimam. Mansuetudinem) quoque, ut peccantibus facile indulgeamus, omnia  
 335 quae bene fieri possunt, in bonam partem interpretando: non reclamando, si contra quae  
 placeat quidpiam in nos uel dicatur uel fiat. Benefacere etiam nobis malefacientibus, et  
 in bono malum uincere, oppressis pro uiribus condolere et succurrere. Haec episcopo  
 diligenter cogitanda sunt semper, sed longe diligentius exercenda in hoc mundo.

*Certa bonum certamen fidei, apprehende uitam aeternam, in qua uocatus es, et confessus  
 bonam confessionem coram multis testibus.*

Docui te in primis ueram in Christum fidem, ut tu quoque eandem doceas omnes, utque  
 340 in et per eam apprehendatur uita aeterna. Hanc doctrinam ac fidem semper perconfitere.  
 Quandoquidem autem fidei illius hostes multos sustinebis, aduersarios ueritatis, qui per  
 obseruantiam Mosaicae legis religionemque dierum ac ciborum, uestium caeterarumque  
 obseruantiarum carnalium deo placere uolunt, et idipsum docent, ignorantes fidem in  
 Christum. Ideo fortiter et strenue certamen in eas cum illis, atque sustineas. Hic enim  
 345 uincendi sunt, ad hanc pugnam conficiendam uocatus es. Hanc coram meipso et multis  
 testibus professus es, esse eam apprehensionem et consecutionem uitae aeternae, et  
 consummatae iustitiae, ut in ea sola saluandi sint omnes qui saluantur. In isto certamine  
 si fidem perdidideris, simul quoque aeternam uitam amiseris. Certa itaque pro hac fide,  
 apprehende uitam aeternam, ad hanc enim uocatus es. Quaestum proculdubio magnum

350 assequeris, si fidei illius pietatem obtinueris et seruaueris. Foris et intra ecclesiam  
 daemonum insultus experieris, ut tuam fidem labefactent, terreant, anxiumque a fiducia  
 in deum deiiciant. Sed resiste in fide hac unica, apprehende promissam tibi et fidelibus  
 uitam aeternam, ad quam uocatus es, et per fidem obtinebis, si pro ea perse

## AD TIMOTH. CAP. VI.

[ p.537 ]

ueranter dimicaueris. Confessus es fidem illam, et me docente credidisti, et docendam  
 355 suscepisti, dum episcopatum, id est munus praedicandi, et ecclesiam instituendi obiusti.  
 In hac confessione perseueres atque proficias. Quomodo autem uita aeterna, nuda fide  
 credendo deum esse et ueros articulos fidei, posset apprehendi, cum id etiam diabolus  
 possit et impii? Sed tora mente deo fidere, fiduciamque bonitatis in deum comprobare per  
 obedientiam praeceptorum, uel de fragilitate admissa humiliter ueniam orare et sperare,  
 360 quis neget esse uitae aeternae uiam, arram, ianuamque ex qua nemo excluditur? De qua  
 alias.

*Praecipio tibi coram deo, qui uiuificat omnia, et Christo lesu, qui testi-  
 reddidit sub Pontio Pilato, bonam confessionem, ut serues praeceptum sine macula,  
 irreprehensibile, usque in aduentum domini nostri lesu Christi.*

Deus creator omnipotens et immensus omnia uiuificat, in quo uiuimus, mouemur et  
 sumus: non modo autem nos homines, sed et omnes creaturae a deo creatore accipiunt  
 perpetuum suum esse, uiuere, moueri, operari, et quicquid possunt. Cui subiecta sunt  
 365 omnia, cui obedire debent omnia, inque gloriam et honorem suum ordinantur. Eidem  
 obediens, seruies, placebis: si quae de fide in eum praedicanda committo, compleueris.  
 Iesus autem Christus dominus, cum ante Pontium Pilatum iudicandus astaret, testimo-  
 nium reddidit ueritati, nec mortis timore cuncta bundus, contestatus est ueritatem se  
 oportere testari: quam et tu, si, ut obligaris, praedicaueris, attestatusque fueris praecep-  
 370 tum illud meum de fide et uita aeterna praedicanda, diligenter cu stodies, et fidelibus, ut  
 omnium maxime necessariam inculcabis, per quam et iustificentur, et uitam sine dubio  
 assequantur aeternam, Sine macula, ait, uolens ut fidei praedicationem, et caeterorum  
 quae imposuit et commisit discipulo, sine macula seruet, dum quaestum non admiscet,  
 dum sua non quaerere auditur, dum non tam laudari quam proficere cupit. Maculam  
 375 autem inurunt non solum praedicatori, sed etiam doctrinae, quaestus, ambitio et in-  
 synceritas, dum proditur uel notatur. Refertur etiam ad ipsum uerbi ministrum, ut  
 non scandalizet et opere, quos instruit doctrina. Irreprehensibile) quoque uerbum fidei  
 dicitur, cum sacrarum scripturarum autoritate declaratur, ostenditur, roboratur, ne sensu  
 proprio docere uideatur, quod reprehensionem non euaderet, cum omnis cogitatio et  
 380 sensus humanus mendacium operentur. Traditiones quoque humanas uidemus sine  
 reprehensione doceri non posse, sunt enim mutabilitati obnoxiae. Lex autem domini  
 irreprehensibilis est, si bene percipiatur, et mutari non potest. Secundum quam tu quoque  
 et omnis episcopus praedicans ac docens, irreprehensibilis eris. Vsque in aduentum, etc.)  
 Quousque Christi fides gratia et gloria toto orbe clarescat, et agnoscat totus mundus eum  
 385 esse dominum et redemptorem, cui deus pater omnia dedit in manus, subiecit omnia, ut  
 saluator sit omnium, per Christum in deum credentium et sperantium. Qui solus colendus  
 est cum filio et spiritu sancto, et inuocandus, per quem deus omnia restituit, et recreat

orbem. Per eum et in eo necesse est conciliari deo omnem hominem in hunc mundum uenientem. Haec, inquam, agnoscere, et de Christo confiteri, utque redemptorem glorificare et colere, ut regi regum et domino dominantium seruire, uerbo credere, in eum sperare, omne bonum de eo consequi, longe nobilior est susceptio Christi aduenientis cum maiestate, feliciorque cultus, quam si rex ac princeps Christus corporaliter adueniret in mundum, denuo gloriosus, et conspicuus omnibus, sicut uenerat in carne passurus ac moriturus. Donec aliquando in gloria

## COMMENT. IN I. EPIST.

[ p.538 ]

395 maiestatis suae orbem uniuersum, uiuos et mortuos, manifeste ac iustissime iudicaturus adueniat in fine mundi.

*Quem suis temporibus ostendet beatus et solus princeps, rex regnantium, et dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem.*

Ostendet dominus Christi domini apparitionem et gloriam toti orbi, quum euangelium suum ubique praedicabitur, acceptabitur, intelligetur, credetur et seruabitur. Haec erit nobilis Christi apparitio, cum non iam in carne corruptibili, sed in uirtute et gloria spiritus sui subiiciet sibi omnia. Id autem fiet gratia et dono dei patris, tempore destinato et praefinito, omnibus ignorato modo ineffabili, dum subito sicut fulgur ab Oriente emicat et apparet in Occidentem, qua illustratione uultus sui orbem iudicabit. Beatus.) Vnico hoc uerbo ineffabilem maiestatem ueluti balbutiendo exprimit. Beatus est enim, qui possidet omne bonum, is solus deus est. Sicut et supra dixerat, Beati dei, quo scilicet maior et felicior sanctorum cogitari non potest, nec nominari. Et solus potens.) Annititur humano loquendi modo uel paululum aliquid clarius et specialius de deo eloqui. Dicitque, Solum potentem: quod plus est quam omnipotens, et magis incomparabiliter, quo tamen re uera maius explicari nihil potest. Vt non possit tantum omnia, sed et quicquid uspiam est potestatis, uel potentiae, id sit dei solius. Nulla enim creatura aliquid potest, nisi in et per deum. Omnia enim operatur in omnibus, nihil hic distinguitur de potentia dei ordinata uel inordinata, absoluta uel conditionata, non de malo uel bono. Omnia enim ipse solus potest, solus ipse operatur, nihil maius quod facit. Vidit enim deus omnia quae fecit, non solum ea quae creauit, et erant ualde bona. Ipse itaque solus omnia potest, nos possumus nihil, nisi in eo. Sic angeli quoque et coeli, sic omnia quae sunt, uiuunt, mouent, et operantur in deo, ut nihil potentiae nobis adscribamus. Peccare uero potentia non est, sed defectus in opere bono, et impotentiae indicium, quae de deo sicut omne quod imperfectionem connotat, dici uere non possunt. Solus enim beatus est, solus potens, solus dominus uniuersorum, a quo omnis creaturarum uirtus et actio proficiscitur.

420 Rex regum.) Ipse rex solus est, omnia gubernans, disponens et prouidens. Nihil enim in mundo quicumque domini possunt, nisi per deum, nec uelle bonum nec facere. Non solum cor regis, sed quicquid uiuit et habet, potestque et agit, in manu domini est, et quo uoluerit, illud uertet. Vnicus iste rex regum, deus solus potens et faciens omnia, nobis orandus est, ut propitius, clemens et misericors dirigat actus nostros in beneplacito suo, dispensationemque dei in hoc mundo, humiliter et patienter modestissimeque

425 amplectamur, quicquid tandem illud fuerit. Interim tamen uoluntatem illius ex suo

uerbo discentes, omni studio et uiribus annitamur, ut quae praecepit dominus, haec  
 fiant, tam a nobis quam ab aliis. Hoc enim nos conari debere, scimus deum ipsum uelle  
 et praecepisse, ut quicquid in manus dederit agendum nobis, hoc instanter et fideliter  
 430 operemur, scientes uoluntatem domini dei nostri. Quod si prouidentia sua moderante,  
 secus cesserit ac uolebamus, minusque successerit bonum, quod etiam domino inspirante  
 instituimus, certi tamen simus, quod haec nos deus facere uelle uoluerit et tentare, etiamsi  
 non perficiendum concesserit. Si peccatum est quod accidit, pro culpa admissa oremus,  
 eiusque iudicium deprecemur. Si melius processit, domino acceptum referamus. Sic  
 435 igitur rex regum, et dominus dominantium agnosceretur a piis, digneque coletur. Si nos et  
 nostros actus iuxta suam uoluntatem pro uiribus instituerimus, quas uires, et quod uelle  
 ac perficere suae tantum gratiae adscribamus, nihil nobis, qui sine eo

## AD TIMOTH. CAP. VI.

[ p.539 ]

nihil possumus neque sumus. Solus habet immortalitatem.) Solus est fons uitae, et ipsa  
 uita, qui non potest non esse, a semetipso habet esse, et alia omnia suum esse accipiunt  
 440 ab eo, et participatione sui subsistunt. Nunquam desinet, ut nec incepit. Aeternus est,  
 deficere non potens nec destrui, contrarium enim non habet; nec est compositus, sed  
 simplicissimum bonum, sine principio et fine existens. Immortalitatem solus habet,  
 quam donare possit cui uoluerit, a quo solo eam sperare, consequi et habere possumus,  
 et a nullo alio. Cuius regnum et ministri angeli, animae et spiritus immortales sunt per  
 445 dei gratiam.

*Qui lucem habitat inaccessibilem.*

Lux est deus, et in eo non sunt ullae tenebrae, nihil enim ignorat, omnia nouit quae sunt,  
 fuerunt, erunt, et esse possunt, omnia praesciuit et praeordinauit. Cumque re uera sit  
 maxime cognoscibilis, quia perfectissimum uerum, imo ipsissima ueritas, tamen a se  
 solo cognoscitur perfecte, et ab unigenito suo. A nulla autem creatura cognosci potest,  
 450 nisi quando et quantum sese dignatur ostendere. Voluntarium est enim speculum, si  
 uult uidetur: si non uult, non uidetur. Incomprehensibilis est omni creaturae, etiam  
 angelicae. Accedere eum nemo potest, sed dignatur admittere uel attrahere amicos et  
 filios, quos dignos habuerit. Lucem habitat, quia sibi soli sufficit, suapte luce et bonitate  
 beatus, nullius indiget, accipere et consequi nihil potest, in omnia se diffundit, et bonitate  
 455 sua omnia replet, quam omnes participant creaturae. Sicut lux splendorem diffundit, et  
 a remotis uidetur, ac per reflectiones: sic deus in creaturis cognoscitur quantum uult,  
 quandiu, et quibus.

*Quem nullus hominum uidit, sed nec uidere potest.*

Angelos uiderunt patriarchae et prophetae, figurasque a deo formatas, per quas dei  
 mandato, angeli uoluntatem summi imperatoris ad homines multiformiter retulerunt.  
 460 Ipse autem in sua essentia a nemine uisus est unquam, nec uideri potest, incorporeus  
 et purissimus spiritus, imo spiritualior omni spiritui. Verbum quidem patris et filius  
 in diuinis, in fine temporum humanandus, carnemque ex impolluto uirginis utero et  
 sanctificato assumpturus, mundum liberaturus, deque amorem maxime commendaturus

humano generi. Is in ueteri testamento patribus sanctis loquutus est, apparuit, promisit, terruit, docuit, monuit, omniaque peregit quae deus cum patribus egisse describitur. Creasse scilicet mundum, et loqutum fuisse ad Adam, Cain, Noë, Abraham, Isaac, Iacob, Mosen, Iephthe, Gedeonem, Samuelem, Daud, et prophetas. His siquidem omnibus quaecumque deus locutus scribitur, et a sanctis patribus, non sine scripturarum autoritate egisse dicitur, dei filium, sapientiam, sermonem, et uerbum dei egisse intelligatur, sicut et scripturis certissimis comprobatur. Sed nec, inquit, uidere potest.) Non uidere potest homo nisi lucidum et coloratum, et obnoxium accidentibus, sui speciem a se diffundere ualens, imo sola ipsa accidentia, nullam autem substantiam, quae nullo humano sensu cognosci potest a nobis, sed tantum per accidentia. Deus autem pura et spiritualissima ac supersubstantialis substantia est: ad cuius intuitum oculus noster instar noctuae, ad manifestissima naturae occaecatur. Spiritu autem et amore deus percipitur ab homine, dum eum attraxerit, seseque dignabitur inclinare, et fauore suo complecti.

*Cui est honor et imperium sempiternum. Amen.*

Honor inter homines professio est dignitatis et bonitatis in honorato. Cum itaque solus deus bonus sit, a quo omnia bona, ideo soli deo honor debetur et glo

COMMENT. IN I. EPIST.

[ p.540 ]

ria: peccatque uehementer, qui uel honorari cupit de donis non suis, sed dei, quae a deo suscepit, cui ea non refert accepta, quasi non receperit: uel, qui honorem ei defert cui non debetur, fraudando eum a quo bonum omne est quod honorat. Talis est apud multos sanctorum honor, qui a se nihil nisi peccata habent, sola autem de gratia sunt id quod sunt, quem et solum honorari uoluissent, quia sancti sunt. Imperium quoque omnium, dei solius est, qui imperat uniuersis, qui facit et potest quicquid uult in coelo, terra, et in omnibus abyssis. Cuius nutui subiecta sunt omnia, ad cuius maiestatem Caesaris Augusti imperium uix est eueleuatio capitis minimi uermi culi, nisi quantum suo imperatori deo subiectum se Caesar agnoscit, et obsequitur studiose, ad domini dei uoluntatem de hominibus promouendo. Nemo quamlibet in hoc mundo potens sibi contra deum quicquam uendicet, cogitet potius deum omnibus praesidentem et imperantem, cuius minister sit, ut sit fidelis familiaris sibi commissae a domino, quem in horas expectet iustissimum iudicem. Amen.) Veritas est, ut credenda discamus quae sunt praedicta, et infallibilis ueritatis uerba ac sententiae. Quae et cum reuerentia ac timore dei omnia audienda sint, ut ue re profiteamur nos credere de deo summum honorem summumque imperium. Nos uero digne subiectos et obsequentes exhibeamus summo bono.

Diuitibus huius saeculi praecipue, non sublime sapere, neque sperare in incertum diuitiarum.

Collecta pro pauperibus, qui semper nobiscum sunt, nunquam intermittenda docetur his uerbis. Vult autem praecipue diuitibus praecipue eleemosynae largitionem, quae tamen parum ualet, nisi ab humili profecta, et non a iactabundo uel superbo. Ideo primum hortatur diuites ad humilitatem, ut meminerint nihil se habere a semetipsis, dona dei esse quae assequuti sunt, ideo non contemnunt pauperes, non moribus, uestitu et sensu superbiant. Agnoscant plura se debere deo, qui plurima acceperunt, dum honorantur, quiete uiuunt, nullius indigent, domini recordentur, in cuius manu sunt omnia, alioqui

fastus solet diuites occupare: cum tamen quae difficile plerumque obtinentur, facile  
 505 etiam amittunt: caduca sunt enim bona diuitum, et incertae diuitiae, ideo nulla in eas  
 spes est reponenda. Imminent fures et fata, nihil fixum et certum in illis. Spes uero certa  
 est expectatio futurorum, non incerta sit caducorum. Exempla habent historiae sacrae  
 atque prophanae fugatum diuitiarum. Gentes sperant temporalia, fideles spiritualia et  
 aeterna.

*Sed in deo uiuo, qui praestat nobis omnia abunde ad fruendum.*

510 Semper nostra curat uiuens deus, et semper uigilans, nihil ignorans, cuius filii sumus,  
 negligi a tanto patre non possumus, si eidem confidamus. Obtinetur illius bonitas et  
 beneficium fide, conseruatur spe, perficitur charitate. Nemo confidat in mortuos. Sanctos  
 non nobis deus praefecit in hac uita constitutis, de eis nobis deus nihil commisit. Solus  
 515 deus anchora sit nostrae spei per Christum. Non in opera bona quaecumque nobis confi-  
 dendum, sed de deis magis timendum, si ad iustitiae diuinae lancem appendi contigerit.  
 Deus autem pater est gratiarum et consolationis, qui clementiam et gloriam pollicitus  
 est, et potest uultque praestare, si firmam illi patri nostro filii habuerimus fiduciam.  
 Praestat autem sua dona deus abunde, diuitias, honorem et sanitatem, ut frui quidem eis  
 520 liceat aliquandiu, cum timore et gratiarum actione: nec id diutius dabitur, quam domino  
 concedente. Ideo semper ambiendus dei fauor et gratia operibus misericordiae, quae  
 exigit a diuitibus. Quales enim proximis suis fuerint, talem sibi dominum experientur.  
 Omnia autem praestat, quod nihil nostra prudentia, cura laboreque obtinemus: nihil  
 enim pro

#### AD TIMOTH. CAPI VI.

[ p.541 ]

ficimus, nisi eo largiente. Timeant semper diuites, ne domino irato diuitias suas pos-  
 525 sideant, ne non iuste obtinuerint, ut quae iuste utantur, iuste dispensent, solcite semper  
 cogitent de graui ab illis ratione exigenda. Difficile est uere Christianum esse diuitem,  
 nisi affatim erogando, quae deus abunde illis suppeditat, ut non nisi donorum dei sibi  
 dispensator uideatur. Dum uero ad fruendum dicitur, improprie frui sumitur prouti.  
 Non enim nisi propter nostram necessitatem et proximi, desiderandae uel possidendae  
 530 sunt diuitiae, non propter se. Solo enim deo fruendum, quia solus est summum bonum,  
 propter seipsum diligendum. Non ergo necessario obsequendum semper regulis sophis-  
 tarum, qui hic haeresim Paulo impingit, reuoluenti dicenti, diuitiis fruendum esse. Libere et  
 clare eloquamur quae uera sunt, magisque quid, quam quibus exacte uerbis explicemus  
 curandum erit. Non uult abunde fruamur, sed abunde praestat ea quibus modeste  
 535 fruamur, hoc est parce, non ad luxum uel fastum.

*Bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facile communicare.*

Docuit diuites primo humilitatem, secundo abrenunciationem, tertio spem, quarto  
 fruitionem. Nunc quinto docet bene agere, non magnopere ea sectari quae deus non  
 praecepit, ecclesias scilicet, monasteria, anniuersaria, praebendas, aras, imagines erigere:

sed quae deus praecepit, Omni petenti tribuere, pauperes pasce re, potare, redimere,  
 540 iuuare, consolari, mutuum praestare, nihil inde sperare. Non audire Missas, minime  
 intelligendas et cantiones, sed mendicos clamantes. Non preculas adnumerare, sed  
 precantes exaudire. Non testamentum ordinare dum moreris, sed sano sensu et corpore  
 erogare superflua indigentibus, cum adhuc ui uis et tua possides, de eis domino reddi-  
 turus rationem, ut dispensator bonorum domini dei tui fidelis et sedulus in commissis.  
 545 Addit autem, Diuites fieri in bonis operibus.) Sexto monet, ut ditescant, non bonis  
 corporalibus, sed spiritualibus. Non quidem ut de bonis suis praesumere incipiant, et  
 sibi placeant, uel sensu abundant, sed ut bona opera a deo mandata, cum dei adiutorio,  
 obediendo, perficiant, seque ut inutiles seruos credant, ac profiteantur ingenue. Quod  
 facere debent, hoc faciant, non spe mercedis, sed instinctu charitatis, et fiduciae in deum.  
 550 Nominat autem diuites eos, qui dediti sunt operibus misericordiae, qui soli diuitias  
 habere censentur coram deo, cum scilicet legitime ac religiose administrant iuxta com-  
 missionem dei, cuius procuratores constituuntur. Vnde ad mentem et modum loquendi  
 apostoli Pauli, Diuites fieri in operibus bonis, aliud non est, quam opera pietatis de  
 diuitiarum abundantia affatim exercere, opera uere bona ac religiosa multiplicare, iuxta  
 555 facultatem domini illis donatam abunde prae aliis. Ne contingat eos egere maxime, cum  
 minime uelint, cum diuite epulone, cuius ta aquae negata fuit, diuiti rebus olim, sed  
 egeno gratia dei et bonis operibus. Bo na opera quae uere dicantur et sint, hactenus  
 ignoratum fuit a multis: nunc disuaderi incipiunt non uere bona opera, sed quae falso  
 putabantur bona: suadentur autem a doctis et piis hoc nostro tempore et docentur ea bona  
 560 opera, quae uere bona sunt, quia a deo praecepta, laudata et muneranda. Diuites autem  
 erimus non in hoc saeculo, sed in coelo. Illuc enim thesaurizandum, quia hic semper  
 pauperes erimus, plura debentes, que praestare possimus, semper peccatores, semper  
 orantes pro peccatis remittendis, de operibus bonis nihil praesumentes. De mise ricordia  
 dei et fide nostra tantum gloriemur, non in nobis, qui nec fidem praestamus ex nobis  
 565 nec opera, sed domino largiente utraque suscipimus. In eo autem quod sequitur, Facile  
 communicare.) Adhuc hortari docentur diuites ab episcopo, ut non difficile adigantur ad  
 dandum precantibus, non expectare precantem,

## COMMENT. IN I. EPIST.

sed inquirere egentem, non tam suscipere quam cogere hospitem pauperem. Omnia com-  
 570 munita putare, dei dona esse non propria, ad dei beneplacitum non grauatim dispensanda,  
 cum sua non sint, sed eius qui magis indiget.

[ p.542 ]

*Thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant uitam aeternam.*

Docet in coelum reponere diuitias tuto loco, et in aeternum usui nostro profuturas, alioqui  
 et hic eas perdemus et alibi, perinde ac contigit diuiti in Euangelio, reponenti bona multa  
 in multos annos. Quicquid enim non in deum retulerimus, pro pterque eundem egerimus,  
 totum perdemus. Sic fiet omnibus bonis operibus nostris, nostri causa, non dei exactis.  
 575 Sic quoque datae elemosynae, non propter deum pure, perfecte, mercede carebunt optata.  
 Thesaurus uero noster cumulabitur, si nullum ad cumulandum nobis oculum applicemus,  
 sed deo potius reponamus omnia quam nobis: de suo praemiabimur, non de nostro: suis  
 fruemur bonis, non nostris. Patitur nos deus improprie loqui, dum pie intelligamus et

uelimus: alloqui qui omnia debet alteri, sibi ipsi proprie thesaurizare nil potest. Et apud  
 580 deum nostrum omnes peccatores sumus, gratia quoque sola, non ex proprie dictis meritis,  
 saluabimur. Sua in nobis opera deus coronat. Fundamentum bonum nominat.) Qui enim  
 thesaurum temporarium et incertum bene collocant, et in sinum pauperum reponunt, imo  
 Christo commendant cui donant, habebunt in futuro stabiles diuitias, iucundas, aeternas.  
 Dant enim temporalia, et capiunt aeterna, uitam beatam impari compensatione. Cum nihil  
 585 homo dederit homini de suo, quicquid dederit: denique uoluntatem dandi non nisi a  
 deo habuit, multo minus dona et opera. Veruntamen patitur se deus suis propriis bonis  
 absolui, et reddi quae sibi debentur, donatque unde soluamus: unum quoque accipit pro  
 mille, gratum a nobis suscipit, quod gratis concesserat et commodauerat. His uerbis,  
 quasi adiectitiis, apostolus Paulus causam pauperum egit, utque admonerentur diuites  
 590 beneficentiae, et pau peres insuper uerecundia liberentur, qui ut uellent non possunt  
 erogare eleemo synas. Non omnibus praecipit de diuitiis expendendis, sed tantum  
 diuitibus, qui citra dispendium proprii uictus et suorum, donare possunt de proprio.  
 Huiusmodi collectarum consuetudo et oblationum in synaxibus reformanda est omnino,  
 et non auferenda, cum sit omnium maxime necessaria pro egentibus. Sic tamen ut  
 595 collecta hoc modo, ac reposita pro pauperibus, non aliter q̄ pro pauperibus pro fundantur,  
 non coaugmententur in census, ut fit nostro saeculo in hospitalibus, quorum curatores  
 continuo diuitias augere student: non tam pro pauperum usu et sustentatione, quam  
 diuitum desperantium de uictu, uel otio inerti sese dedentium, non sine perfidia annonam  
 huiusmodi ementium pariter atque uendentium.

*O Timothee, depositum custodi.*

600 Deposuerat penes eum Paulus, imo spiritus sanctus, gratiam prophetiae, sanaeque doctrinae:  
 nam ab adolescentia sacris literis operam impenderat, et donum uerbi uberius  
 acceperat, pro ecclesiae profectu depositum. Hoc unum nunc iube tur sic custodire,  
 ut non perdat, non deficiat. Id autem est liberaliter distribuere, sine intermissione  
 605 docere, creditum talentum non in terram defodere, sed ad usuram domino augmentandam  
 exponere. Tunc autem auarissime custoditur, dum liberalissime profunditur. Depositum  
 autem dicit, quia mera dei gratia, et sine meritis accepit, erogandum in tempore, familiae  
 suae, illapsu et munere diuinit spiritus, quasi aliunde donatum. Ostendit autem affectum  
 dicens, O Timothee, excitat, hortatur et admonet, ceu omnino magnum aliquid necessario  
 et iugiter

AD TIMOTH. CAP. VI.

610 cogitandum propositurus. Maxime necessarium officium episcopi est docere, orare,  
 prospicere animabus saluandis. Non quidem episcoporum nostrorum temporum, sed  
 uerorum, quorum nunc sunt paucissimi: deposita enim alia habent, pecunias nempe, et  
 equos, et caetera.

[ p.543 ]

*De uitans prophanas uocum nouitates.*

615 Vult discipulum suum Paulus non alia docere ecclesiam, quae quae didicerat a magistro:  
 non inducere uel confingere inconsueta uerba. Praesensit enim iam Apellis et

Valentinianorum aliorumque figmenta, de Eonibus quatuor, octo, et tri ginta, singulas  
singulis nominibus nominando, quae iam apostolorum tempore a Iudaeis et Graecis  
superstitiosioribus fingebantur. Ex Cabalistarum, ut nunc uocant, et philosophorum  
maxime Pythagoricorum dictis se recepisse et edoctos. iactabant. De quibus Irenaeus.  
620 Quibus nuper successerunt Parisienses theologastri, portentosis nominibus, quae nec  
Latini nec Graeci intelligunt, nisi de eis diu edoceantur, ad quaestum uberiorem. Prae-  
monuit Apostolus, uitandas huiusmodi uocum nouitates, quas in dei uerbis sanctisque  
scripturis non recepimus. Id si seruatum fuisset, non tot differentiae doctrinarum et  
schismata audissemus, De ho musion, transubstantiatione, circumincessionem, respectibus  
625 diuinis interioribus et exterioribus, essentialium et notionalium perfectionum, et reliqua  
huius generis loquutionibus, praeter scripturae auctoritatem introductis. De quibus  
sicut et de dependentiis formalitatibus et quidditatibus, obmissis utilibus et necessariis  
tantopere digladiati sunt doctores illi neothericae ecclesiae, ut magis disputando Scholas-  
tice ueritatem perdidissent quam repererint, quin fidem et spiritum cum Christiana uera  
630 sanctimonia amiserint.

*Et oppositiones falsi nominis scientiae.*

Appellatur quidem ab illis superstitiosis doctoribus istarum rerum cognitig Scientia,  
sed indigno prorsus et falso uocabulo, cum sit re uera stultitia, error, opinio, haeresis,  
superbiam docens et quaestum, minime uero pietatem. Oppositiones enim sunt apud  
illos, non doctrinae: subuersiones discentium, non ueritates. Videmus siquidem tales  
635 non aliud scripsisse quam oppositiones, argumenta, pro et contra, pro opposito uel contra  
oppositum, ut loquuntur. Vide primum inter mendicantes Albertum, quem Magnum  
uocant, in Magistrum Sententiarum, uel Summa eius, inuenies meras oppositiones, et  
praeter argumenta pro et contra, nihil, Quem caeteri Parisienses omnes sequuti sunt,  
ueluti in re eximia illis pulchra uisa. Eos nimirum nominasse hic Paulus uidebitur,  
640 oppositionum falsi nominis scientiae auctores. Qui et semetipsos et scientiam suam  
caligine oppositionum inuoluunt, et sic improbant uicissim, ut sincera apud eosdem  
ueritas nulla relicta sit. fides quoque et uera pietas abolita fuerit, quam eorum nullus  
pro rei dignitate tractauerit, sed in profundum silentium sepulta per eosdem est uera  
fides, unde fides nos nominari conueniebat, ut fere in totum expirarint et sancta opera  
645 ueraque religio Christiana, donec explosa eorum schola, et falsi nominis scientia per dei  
gratiam, sacrae literae, Christi spiritus, apostolica fides et doctrina denuo nunc emergunt,  
ad lectionem antiquissimorum doctorum sanctorum, quos illi quoque Originales uocant.  
Quorum nobis deus doctrinas et libros Impressoriae artis beneuolentia communiore reddidit,  
et passim exposuit ruminandos. Interim Scholastici illi male feriati theologastri, cum  
650 suo sacrilego Aristotele stulti deprehenduntur, et uerae fidei perniciosi pharmacopolae.  
Vniuersitatum quoque studia, ut nunc sunt, inania deprehenduntur, et ecclesiasticae  
iuuentutis prostibula, necessario

COMMENT. IN I. EPIST.

in melius reformanda.

[ p.544 ]

*Quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt.*

655 Promittentes dicit, non exhibentes, eam quam promittunt scientiam, non enim praestare  
possunt quod spondent. Contradictiones euadere non docent, semper autem discipulus  
magistro reclamatur, diuersum sentit, docet et scribit. Disceptare tantum norunt, omnia  
quaestionibus inuoluere, et super lana caprina digladiari. In uno tantum conuenientes,  
quod se ueram fidem nescisse, et opera uerae pietatis non curasse fateri cogantur: sacra  
660 Biblia nunquam uidisse, legisse, didicisse, intellexisse, nec docere potuisse, cum tamen  
eandem canonicam scripturam, et uerae fidei fundamentum negare non ausint, sed,  
ut ipsi loquuntur, adaequatum obiectum fidei Christianae scripserint omnes. Digna  
itaque sunt animaduersione puniti, ut dum sibi cisternas ueteres fodiunt, non ualentes  
continere aquas, salutarium et uiuarum aquarum fontem perdiderunt: dum humana  
sectantur, diuina amittunt: dum ratione animali suas doctrinas ut idolum colunt, fidem  
665 uerbi dei deseruerunt: dumque se doctores profitentur Aristotelis, amplissimis titulis  
delectati, Christi domini et apostolorum discipuli esse desierunt, ac utriusque fructum et  
eruditionem perdiderunt. Omnem fidelitatem et morum, cum increpationis uanitatem  
ac superstitionum istis theologis debemus. Exciderunt, inquit Apostolus, circa fidem,  
aberrarunt a scopo totius scripturae, quae docet fidem in deum, prouidentiam eius circa  
670 omnia, promissionesque diuinas in Christo. Ipsi uero errantes in foribus, ad opera dilapsi  
sunt: non quidem illa quae sacris literis commendantur, sed quae praeter uerbum dei et  
contra, auaris placuerunt: unde et traditionum humanarum ingluuies, abusus abyssus,  
et mare superstitionum ac errorum in fide et moribus prodierunt.

*Gratia tecum. Amen.*

675 Haec manu Pauli adscripta dicuntur, cum alia per dictatum describi fecerit, iuxta eius  
morem. Optima autem est imprecatio. Quid enim molestiarum non tolerabimus, si dei  
assit gratia, in quam speramus? Si deus pro nobis, quis contra nos? Facessat omnis  
humana gratia et potestas, dum nobis adest diuina.

*FINIS.*